IOS. M. SCHNEIDT,

V. I. D. COM. PAL. CAES. CONS. AVL. WIRCEB. ET FVLDENS.
PANDECT. ET IVRIS FRANCONICI IN VNIVERSITATE
WIRCEBVRGENSI PROFESSORIS PVBL. ET ORD.

THESAVRVS IVRIS FRANCONICI

Oder

Sammlung

theils gedruckter theils ungedruckter

Abhandlungen, Dissertationen,

Programmen, Gutachten, Gesätze,
Urkunden &c. &c.

welche das

Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische

Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen-
Polizey- und Kameralrecht

erläutern &c.

Des ersten Abschnittes siebenzehntes Heft.

Wirzburg,
Im Verlage der Franz Xaver Riennerischen privil.
Buchhandlung.
1789.

SECTIO I.

OPVSCVLVM XLIX.

PHILIPPI RVDOLPHI HENRICI WILHELM

DISSERTATIO*

DE NON-ENTE CONSVETVDINIS CVRIAE FEVDALIS WIRCEBVRGENSIS

CIRCA

SVCCESSIONEM

COLLATERALIVM GENTILITIAM FEVDALEM

auf

gleichen Namen, Schild, Stamm und Helm.

Cogitanti mihi de Materia Dissertationis inauguralis incidit in manus Deductio Nobilitatis immediatae franconicae *a*) qua speciosis argumentis dedu-

* Edidit hanc Dissertationem Clarissimus Author, dum ei 5. Augusti 1785. Gradum Licentiatus conferrem, modo Collega mihi colendissimus, Iuris feudalis & Statistices Professor, ac Iudicii Prouincialis Caesarei Consiliarius &c.

a) Rechtsgegründete Vertheidigung der alt hergebrachten

cere nititur Author, in feudis franconicis, in specie Wirceburgensibus, Agnatos, licet a primo acquirente haud descendant, succedere; dummodo probare queant, se eiusdem Gentis, Nominis ac Insignium participes esse. Mirabar hanc a Iure feudali tam Germanico quam Longobardico recedentem consuetudinem eo magis, quo certius mihi Iurium Curiae huiatis gnari asseuerabant, praetensam hanc obseruantiam ad non entia referendam esse, totaque die contrarium obseruari, neque eam in supremis Imperii Dicasteriis attendi. Inde Patriae Iura tueri, praeconceptamque hanc opinionem erudito Publico adimere, eique laruam detrahere mecum *constitui.* Sed elaborationem aggressus sensi, eam versatum in Theoria & Praxi desiderare differentem; mearum autem conscius virium, practicis elucubrationibus & Documentis nondum satis instructus ac exercitatus, vix non a proposito destitissem, nisi Clarissimi Praesidis consilio, ope ac subsidiis adiutus id perficere me posse, is mihi persuasisset: hinc id, quod sentio, iam

---

ten fränkischen Lehens-Gewohnheit, vermöge derer die agnati collaterales die Succession in denen fränckisch- sowohl alt- als neuen Lehen ohne Unterscheid, ob Sie von dem primo acquirente abstammen oder nicht, auf gleichen Nahmen, Stammen, Schild und Helm zu behaupten, berechtiget seynd. In fol. 1733.

iam orbi erudito diiudicandum extrado, Dissertationisque ordinem paucis praemitto.

§. II.

Prolegomena praeter statum Quaestionis, simul ac Terminorum in illa occurrentium breuem notionem, & Literaturam huius controuersiae continebunt. *Sectio I.* Consuetudinem hanc Non Ens esse solide demonstrabit. *Sectio II.* vero Fundamenta Nobilitatis pro Consuetudine hactenus producta recensebit, simulque ea viribus destitui docebit.

PROLEGOMENA.

§. III.

Status quaestionis breuiter in eo consistit: Episcopus Wirceburgensis & Dux Franconiae olim inuestiuit de Castro C. duos Fratres Wolfgangum & Ioannem de W. tertio eorum fratre Gvilelmo omisso (aut si supponas, illos fratrem tertium non habuisse, agnato nullo nominato), sub formula:

Wir belehnen die beede Gebrüdere Wolfgang und Johann von W. und alle ihre Mann Lehenbare Erben zu rechten Mann Lehen mit dem Schloß zu C.

Extincta linea Wolfgangi successit in feudo iam integrato Fridericus solus; quo & defuncto, Dominus directus feudum reuersum contendit, Descendentes autem Guilelmi vel alii agnati eiusdem Nominis,

 Gen-

Gentis ac Insignium successionem praetendunt feudalem. Hinc quaeritur, cui ius assistat?

§. IV.

Cum cardo quaestionis circa successionem versetur feudalem, historiam illius paucis recensere haud erit incongruum. Terminum *Successoris* non semper haeredibus applicari, ex Iure Romano iam satis notum est; vbi inter Successorem vniuersalem nempe haeredem, & particularem v. g. emtorem insignes occurrunt differentiae: regulariter autem successionem in feudo dicimus, si feudum mortuo Vasallo possessore, ad alium deuoluitur, quare ordinarie fit inuestitura *b*); indeque successio feudalis appellatur. Haec duplex est, vel successio Iuris Communis, quae secundum Ius Commune fit vi Inuestiturae primi acquirentis: vel successio specialis, quae fit vi impetratae & acquirenti concessae specialis inuestiturae.

§. V.

Ipsa origo & causa constitutiua feudorum demonstrat, imo GERHARDVS NIGER *c*) expresse refert: *Antiquissimo tempore* feuda haud haereditaria *sed in potestate Dominorum fuisse, vt, quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. postea vero eo ventum*

a) I. Feud. 14. I. Feud. 20. II. Feud. 11. 12. 13.
c) I. Feud. 1.

tum est, vt per annum tantum firmitatem haberent; deinde statutum est, vt vsque ad vitam fidelis produceretur: sed cum hoc Iure Successionis ad filios non pertineret, sic progressum, vt ad filios deueniret, in quem scilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare.

§. VI.

Negari equidem haud potest, iam sub Carolingis Patrum Beneficia saepius filiis collata fuisse: *d*) verum ex gratia Domini, non ex Iure Successionis hoc profluxit. Punctum initii successionis filiorum determinari haud potest, probabiliter tamen *e*) id adscribitur saeculo decimo: & quamuis teste GERARDO in Electione Domini ab initio fuerit, feudum vni filiorum, cui vellet, concedere; in Germania tamen optionem penes filios fuisse ex Iure Feudali Sueuico *f*) constat.

d) IAC. GABR. WOLF in Elem. Iur. Feud. cap. 10. & in Differt. de Orig. & prima Indole Feud. §. 27.

e) HOMEL. Oblectam. feudal. Obf. XIII. Per. IV.

f) Cap. 60. apud SENKENB. Corp. Iur. Feud. p. 58.
„ Non nisi vni filiorum inuestituram Dominus, de „ feudo paterno concedere debet, & quem illorum „ inuestit, is loco patris sui stat. Electio vero penes „ filios est, & non penes Dominum, siquidem intra „ annum inuestituram petunt: sin elapso anno, & „ Dominus remissa felonia ex gratia inuestituram con„ fert, tunc penes Dominum est electio, quem ex fi„ liis inuestire velit. „

§. VII.

Pergit GERARDVS: *Cum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in eius erant seruitio, g) vt lege ab eo promulgata* a.) *hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur &* b.) *vt frater fratri sine legitimo haerede defuncto* c.) *vel filius in beneficio, quod eorum Patris fuit, succedat h).* Hoc non sic intelligendum est, ac si Conradus Salicus primus esset, qui nepotes primi acquirentis admisisset; nam quod feudum ab auo in patrem, & a patre in nepotem transierit, iam sub Henrico sancto stabilitum erat *i*); sed hunc habet sensum, quod ius repraesentationis inter descendentes antea in feudis incognitum admiserit, sicque nepos defuncto suo iam patre existens in feudo aui succederet, hocque Ius Repraesenta-

---

g) Ex hoc patet Vasallos germanos hanc legem flagitasse.

h) Legem latam exhibet SENKENB. p. 432.

i) Diploma HENRICI Abbatiae S. Maximini concessum apud ZYLESIVM in Defens. Abbat. S. Maximini P. III. p. 31 sic habet: „ Constituimus praeterea, & hac „ nostra imperiali auctoritate firmamus, vt siquis fortasse illorum, aut filii filiorum suorum, quibus bona & Successionis S. Maximini beneficiamus, sine „ haerede fuerit defunctus, beneficium vel quidquid „ ab eodem loco habere visus est, sub ius & Dominium praefatorum Sanctorum redeat. „

ſentationis etiam ad fratrum filios extenderetur, dummodo a primo acquirente deſcenderent. *k*)

§. VIII.

Concludit denique Gerardvs: *Hoc quoque ſciendum eſt, quod beneficium ad venientes ex latere non progreditur ſucceſſione l*).

Inde iam nata eſt Regula ab omnibus Iuriſconſultis *m*) acceptata: Natura ſucceſſionis legitimae in feudo eſt, quod fiat vi inueſtiturae primi acquirentis, & quod aliis non competat, niſi in inueſtitura primi acquirentis comprehenſis *n*). In ea vero comprehenſi Iure Communi praeſumuntur primi acquirentis Deſcendentes legitimi in infinitum, iique feudorum capaces *o*). Nulla ergo eſt ſucceſſio primi acquirentis

Rrrrrrrr 5 Aſcen-

k) Homel. loc. cit. p. 85. & 88.

l) Hoc tamen non obſtante notiſſimum eſt in Germania, demum fratres, quatuor poſt Conradum ſaeculis, ad feuda admiſſos fuiſſe. Mascov. de Iur. Feud Cap. X. §. V. & ibi Homel nec non Authores ibidem allegati.

m) Georg. Ludw. Boehmer Prin. Iur Feud L. I. Sect. I. Cap. VII. §. 120. Pütter primae lin. Iur. Feud. L. I. c. 4. §. 32. Schweder Conſ. 18. n. 61. Senkenb. Iur. Feud. primae Lin. §. 310.

n) I. Feud. 14. §. 1. Verb. per inueſtituram patris & aui.

o) II. Feud. 31. verb. „Etiam in infinitum, dum tamen „hoc conſtat, ab eo, qui id acquiſiuit, per maſculos deſcendiſſe.„ Add. Feud. II. 11. Feud. II. 23. §. vlt.

Afcendentium vel Collateralium, nifi his profpectum fit per legem inueftiturae. *p*) Succeffurus ergo probare debet, fe a primo acquirente per mafculos defcendere: nec, vt recte infert Boehmervs *q*), fola fufficit probatio eiusdem nominis, clypei & infignium.

§. IX.

Haec de Iure Longobardico indubia effe nemo negabit: fed & id ipfum in Germania obtinere, ex generali receptione Iuris Longobardici patet; tum argumento plane certiffimo probatur: quodfi enim, vt fupradictum, faeculo demum XV. in Germania fratres eorumque liberi admiffi funt, quis credet, in Germania modo omnes agnatos etiam a primo acquirente haud defcendentes in Feudo fuccedere, idque iam obferuari coepiffe a tempore *r*), quo ipfum Ius Longobardicum in Curiis regnabat, & mox vt Lex receptum fuit.

§. X.

Sed non tantum ratione hiftorica ac Lege Longobardica haec thefis nititur, fuppetunt & iura domeftica, vtpote quae omnia folius fucceffionis Defcendentium non tantum faciunt mentionem, fed & Collateralem a primo acquirente non defcendentem expreffe excludunt.

Ius

p) I. Feud. 8. § vlt. I. Feud. 20. II. Feud. 11. II. Feud. 50.

q) Tract. cit. Cap. VIII. §. 141.

r) Homel. ad Mascov. in Tab. Chronol. ad annum 1410. feqq. & 1487. nec non ad Cap. X. §. V.

Ius Feudale alemannicum s) cap. 43. §. 2.

Es erbet niemand zu Recht Lehen, wenne der Vatter uf den Sunn, das heissent erbe Lehen, und Lehens Erben.

Nemo succedit in feudo *nisi* Filius Patri, atque hoc vocatur feudum haereditarium.

Ius Feudale Alemannicum ex moribus Bauariae t) cap. 34.

Es erbet nieman Lehen, wan der Vatter uf den Sunn.

Ius Feud. Saxonicum Germanicum cap. 21. u)

Ez en erbet nieman nicht ein Len, wenn der Vater uffe den Son.

Ius Feud. Saxonienm Latinum cap. 16. §. 8. x)

„ *Nemo* haeredat feudum, *nisi* Pater in Filium, si post mortem patris infra annum & diem veniat filius ad Dominum, & offerat homagium.

Autor de Beneficiis Cap. I. §. 24. y) & 25.

„ Pater haereditat in filium possessionem, sicut & beneficium, propter quod non eget filius, vt demandari bona patris sibi faciat a Domino, sic & homo *carens filio haereditat in dominum* possessionem beneficii, sicut & beneficium, nisi Do-

s) Apud Senkenb. Corp. Iur. Feud. p. 45. Edit. de 1740.

t) Senkenb. l. cit. p. 143. u) Ibid. p. 186. x) Ibid. p. 226. y) Ibid. p. 161.

„ Dominus concesserit alicui exspectationem be-
„ neficii. „

§. XI.

His probe consideratis reuera mirandum est, Authores germanos inueniri, qui seposita regula hac, omni iure certissima ac euidenti, defendunt, successionem collateralium a primo acquirente non descendentium, quam appellant Gentilitiam, in tota Germania receptam esse, z) alii autem saltem in Franconia & in specie Curia Feudali Wirceburgensi hanc consuetudinem vigere contendant. Operae pretium ergo erit, in Literaturam huius Controuersiae paulatim inquirere.

§. XII.

Comes de Goerz, qui circa medium saeculi decimi septimi grauamina Nobilitatis franconiae contra Bamberg & Wirzburg composuit, a) primum grauamen sic exponit:

Die erste Beschwehrung ist die Einführung gemeiner beschriebener Lehen-Recht in Fällen, die Lehens Succession der Agnaten belangend, oder daß man bey beyderseits Stifteren Bamberg und Wirzburg

z) Carl Frid. Schöpf Commentatio de Feudis Germaniae gentilitiis quibuscunque. Suevof. 1739. in 4.

a) In Burgermeisteri Codic. Diplom. Equest. T. I. p. 682. seqq.

burg keinem von Adel mehr leyhen will, wann ein Agnat seines Geschlechts verstorben, und Lehen hinterlassen, es seye dann, daß er a primo acquirente oder ersteren Erwerber desselben Lehens descendire.

Initium autem huius Controuersiae incidit in medium saec. XVI., quo Episcopus Eichstettensis & Marchio Brandenburgicus inuestituram negauerunt in feudis antiquis, nouiter ab alia gente emtis, emtoris agnatis non ab ipso emtore descendentibus.

§. XIII.

Conformiter huic Principio Anno 1563 Nobilibus de Adelsheim a Capitulo Cathedrali Wirceburgensi negabatur Inuestitura Decimarum in Ottelfingen, quas a Nobili de Rechberg emerant, ex eo capite, quod a primo inuestito emtore Sebastiano de Adelsheim non descenderent. Petiere Praetendentes de Adelsheim desuper consilium a Doctore ZIEGLERO Kitzingae tunc commorante, qui pro iis fauorabiliter respondit, & iis possessionem arripere suasit, hoc tamen supposito, quod consuetudinis sit franconicae:

„ Daß die Wort: ihme und dessen Mann-Lehenbaren Erben, wie Manns-Lehen-Recht, und „ im Land Francken Gewohnheit ist: alle Mann-„ Lehenbare Erben, alle Agnaten dieses Namens „ und Stammens Schilds und Helms ofentlich be-„ greifen. *b*)

§. XIV.

---

b) Hoc Consilium exhibet BVRGERMEISTER l. cit. p. 538.

§. XIV.

Eo tempore etiam Paulus Mathias WEHNERVS Kitzingae degebat, qui omnia conquisiuit fundamenta, vt hanc consuetudinem roboraret, addiditque, Nobiles infractionem huius Consuetudinis per modum grauaminis in Electione Ferdinandi Francofurti iam anno 1558 exhibuisse. Praeter haec autem postea typis edita *c*) inuentum etiam fuit Schediasma *d*) ad posteros delatum sequentis tenoris quoad passum concernentem:

Item es ist auch 3) nicht landbräuchlich, daß alle, so eines Geschlechts, Namens, Stammes, Schild, und Helms seyn, die Lehen alle vom Lehen-Herrn, ein jeder in Person empfangen müssen, sondern diejenigen, so die Lehen innen haben und besitzen, die empfangens und verdienens allein: Nichts desto weniger

---

c) Fundamenta Wehneriana inueniuntur in eiusdem Obseruationibus practicis, voce *Krays*. *

d) Schediasma hoc sub Rubro: Lehns-Gebräuche, wie sie unter Paul. Math. WEHNERI Schriften aufgezeichnet gefunden, und von ihme als in Francken üblich dargegeben worden. Inuenitur in GOLDASTI Politische Reichshändel fol. 990. Item tanquam appendix ad Anonym. Discours von teutschen Lehen-Recht über Georg. Adam STRVV. Syntag. Iur. Feud. Bayreuth 1733. in 4. pag. 660. nec non apud BECK de Iurisd. Vogt. p. m. 646.

* Exhibentur etiam in hoc Thesauro Sect. I. p. 529.

niger ist 4) der Lehen-Herr schuldig, ob sie gleich nicht belehnet gewesen, so lange einer des Namens, Stammes, Schilds und Helms lebet, in auff- und absteigenden Linien, auf den Seiten und überall, ihnen zu leihen, oder auch, da einer 5) ein Lehen verkaufet, oder stirbet, und keinen Sohn verläßet, ist man den Stammen- Namen- Schilds- und Helms-Verwandten zu lehnen schuldig.

§. XV.

His subsidiis munita Nobilitas anno 1564 adiit Episcopum Wirceburgensem Fridericum a Wirsberg Principem, petens, vt assertam hanc consuetudinem Indulto speciali roboraret, sed cum pro responsione reportaret, Consuetudines Curiae esse notorias, sicque pacto haud indigere *e*), spe sua fuit frustrata.

§. XVI.

Contigit expost, vt, linea quadam Schrimpfiana extincta, illius feuda ad Curiam Wirceburgensem reuerterentur; cumque alia linea dicta Schrimpf a Berga inuestituram peteret, huic, eoquod a primo acquirente non descenderet, denegabatur; hinc lis ad Cameram imperialem delata, postea pro Wirzburg fuit decisa: *f*) prout subsequo tempore plures adhuc

e) BVRGERM. l. cit. p. 683. Conf. infra §. L.

f) LVDOLF Obs. for. Obs. 84.

adhuc lites tam in Iudicio Aulico quam Imperiali fuere quidem exortae, sed eodem semper modo terminatae, vti Stibariana, Creilsheimensis, Dacherodica, Bibraensis, nec non Dalbergica & Truchsessica, quae vltima tamen adhuc pendet.

§. XVII.

Scripta, quae post WEHNERUM ratione dictae consuetudinis in Publicum prodiere, potissimum sequentia occurrunt.

D. BVRKARD Consilium über die Seckendorfische Mann Lehen und Stritt wider seine Vasallen, zu und in Nürnberg ratione Success. Collater. de 1613. g)

Ritterschaftlicher Bericht an Herrn Wolfgang Ernsten Grafen von Ysenburg und Büdingen wegen des Haus Schönrein und des demselben anhängenden Truchsesen Amts, so zu Wirzburg nach ausgeloschener Ronneburgischen Linie für vermannt gehalten worden ex capite deficientis probationis primi acquirentis contra Consuetudinem Curiae Feudalis Wirceburgensis de Anno 1615. h) *

Ritter=

g) Apud BVRGERM. l. cit. pag. 554.

h) Ibid p. 560.

* Huc etiam pertinet IOA. G. RVPRECHTI Responsum in causa Ebersberg Weyers 3. Iul. 1621. datum, quod exhibet Car. Frid. SCHÖPF in Commentatione de Feudis Fuldensibus in Franconia. Giess. 1735. 4.

Ritterschaftl. Intercessionales an Kais. Mayestät pro Heßberg contra Castell puncto primi acquirentis de Anno 1674. *i*)

Notitia Actorum In Sachen Castell contra Hesberg de 1676.

Item Confutatio Notitiae Actorum etc.

D. Joh. Jac. Brodwolf species facti iuncta deductione iuris Redwiz contra Bamberg den Beweis des *primi acquirentis* betr. de Anno 1692. *k*)

Responsum der Wirzb. Juristen-Facultät über vorstehende speciem facti de 1692. *l*)

Huc etiam pertinet inter Relationes KLOKII V. Nec non inter adoptiua Consilia 79. & 80.

GYLMANNI Decisionum Libr. II. Decis. 27.

LVDOLPHI Symphorem. Tom. I. Decis. 8.

LVDOLPHI Observ. T. I. Obs. 84.

Causam autem ex professo defendit ipsa Nobilitas in Tractatu speciali supra §. I. sub not *a*. allegato de 1733.

Quem secutus est CAROLVS FRIDER. SCHOEPFIVS de feudis franconicis imprimis herbipolensibus Gies. 1735. in 4. nouiter recus. Gies. 1736. 4.

Et cum hic tantum defenderit, successionem gentilitiam in feudis franconicis & in specie Wirceburgensibus,

i) BVRGERM. p. 563. *k*) Ibid. p. 571. *l*) Ibid. p. 600.

ſibus, theſin anno 1739. ad integram Germaniam applicauit in Comment. de feudis Germaniae gentilitiis ſupra §. XI. not. z. aſſignata.

Addatur Wolfg. Adam Schöpf. de probatione Deſcendentiae a primo acquirente feudi. Tubin. 1745. 4.

Reſpectu Epiſcopatus Bambergenſis extat Adami Reizer Diſſ. de Collaterali, qui a primo acquirente non deſcendit, aut inueſtitura ſimultanea non gaudet, in feudo dato ſiue oblato non ſuccedente defenſa a Phil. Frid. Bregler, Bamb. 1753. in 4.

Cui Coronidis loco iungendum Impreſſum ſub Rubro:

Ausführlicher in denen gemeinrn beſchriebenen Rechten, ohnunterbrochenen Herkommen des Hochf. Wirzburgiſchen Lehenhöfs publicirten Decretis & Sententiis ohnumſtößlich gegründeter Beweis, daß der von denen Klägern Freyherrlich-Dalbergiſchen Stamms-Agnaten an dem Ritter-Güth Bücholð gemachter Anſpruch ganz ohngegründet, und dahero auch beklagter Theil von der an dem Höchſtpreislichen Kayſerl. Reichs-Hof-Rath angebrachten alſo rubricirten Klag: In Sachen deren ſämtlichen Gebrüdern Cämmerern von Worms Freyherrn von Dalberg contra Ihro Hochfürſtl. Gnaden zu Wirzburg *et Conſort.* Bücholð betr. völlig zu abſolviren, und loszuzehlen ſeye. Mit beygefügter Nachricht, was dieſes

ſes Streit-Handels halber bey Höchst Preisl. Kayſerl. Reichs-Hof-Rath in Annis 1747. 1748. und 1749. ferner verhandelt worden.

Vt alios Authores in decurſu allegandos, qui incidenter tantum de hac materia tractarunt, hic taceam.

SECTIO I.

Demonſtrat praetenſam ſucceſſionem Gentilitiam in Franconia ad Non Entia referendam eſſe.

§. XVIII.

His Prolegomenorum loco praemiſſis iam ad ipſam Controuerſiae Determinationem accedo: & in feudis Wirceburgenſibus ſucceſſionem Collateralium a primo acquirente haud deſcendentium locum non habere, adſtruo: quamuis enim non negem, dari eiusmodi feuda, in quibus & haec irregularis ſucceſſio inueniatur, id tamen vtpote exceptio regulam propoſitam magis confirmat, quam deſtruit *m*).

§. XIX.

Feuda nonniſi a patre ad filium transire tam ex Iure Patrio Feudali Germanico ſcilicet, quam Longobardico ſupra §. 8. 9. 10. abunde demonſtratum fuit, ſimulque aſſertum, Ius ſuccedendi fratrum demum ſaeculo XV. in Germania coepiſſe, quamuis id

m) Eiusdem Sententiae eſt BOEHMER §. ſupra cit. 141. not c. vbi ait: „ Vi ſpecialis obſeruantiae, quae in „ *nonnullis* familiis in Franconia viget. "

iam quadringentis annis antea in Italia occaſione Legis LOTHARII inualuerit. Hinc eſt, quod in Legibus germanicis altum de ſucceſſione fratrum, ex iisque deſcendentium ſeu Collateralium, ſit ſilentium. Si vero originem huius ſucceſſionis Collateralium, a primo acquirente tamen Deſcendentium, in Germania aſſignare deberem, rationem in recepto Iure Longobardico me inueniſſe autumo: ſicuti enim notum, ſaeculo XV. Ius Longobardicum in Germaniam ſaltem quoad vſum forenſem pedem intuliſſe n), ſic & ſumme probabile eſt, quod occaſione huius Iuris Longobardici ſucceſſio fratrum, vtpote a communi Patre Deſcendentium, & qui cauſam vtpote Deſcendentes a primo acquirente certe habuerunt, fuerit introducta; quo & euenire potuit, vt, dum Vaſalli cernerent, fratres deſcendentes a primo acquirente admitti, etiam id ad Collaterales Lineas, a primo acquirente non deſcendentes, pertinere ſibi erronee perſuaſerint.

§. XX.

Quidquid autem ſit circa hanc coniecturam, hoc tamen certum eſt, I. Iure Germanico feudali Collaterales ad Succeſſionem non admitti, II. Iure autem Longobardico illos quidem admitti, ſed nonniſi a

primo

n) HOMEL. ad MASCOV. ll. ſup. cit. CONRING. de Orig. Iur. Germ. Cap. 23. p. 227. BOEHMER Princ. Iur. Feud. §. 31. Eiusd. Obſ. Feud. Obſ. I. §. 18.

primo acquirente Descendentes. *o*) Ex quo fluit, Ius Longobardicum magis Vasallis quam Germanicum fauere.

Assumamus ergo Collateralibus magis fauens Ius Longobardicum, quod in Imperio nostro receptum esse, ipsae leges fundamentales demonstrant, *p*) & Authores vix non omnes confirmant, ita vt BOEHMERVS *q*) expresse dicat: *Itaque ad Ius feudale Longobardicum prouocans* fundatam intentionem habet in iis, quae nec Legibus Imperii, nec Iure particulari definiuntur. *r*)

§. XXI.

Thesi hac stante, nil Nobilitati reliquum est, quam vt singularem ac Legibus derogantem Consuetudinem plene probet. Quamuis ergo haud opus

Sssssssss 3 foret,

o) Praeter textus supra §. X. allegatos videatur GAIL. Obs. Lib. II. Obs. 149. n. 1. & 5. ROSENTHAL de Feud. Cap. 12. Conc. 12. n. 32. & Doctores Commun.

p) Landfr. de 1548. Tit. 3. ibi: Was Lehen-Recht vermag. Recess. Imp. de Anno 1567. §. Und nachdem ferner. Recess. Imp. Nov. §. 105. RHETIVS in Comm. Iur. Feud. pag. 10. seqq.

q) BOEHMER §. cit. 31. & 32.

r) Ord. Iud. Aul. Tit. 5. Art. 1. in verbis: Doch daß — — gegen unsern klaren Lehen-Rechten, den allegirten aber nicht zu Recht probirten Lehen-Gebräuchen — — nicht zu viel in Relatione noch decisione deferiret werde. Add. HARPRECHT de Iur. Feud. Aleman. non Vsu moderno.

foret, vt ex parte Curiae Legis demonſtretur obſeruantia, vtpote quae ſtante Lege clara ſemper praeſumenda venit, inde tritum Iuris axioma: Leges allegantur, non probantur. His tamen non attentis a Curia Herbipolenſi in Iudiciis Imperii plus quam ducenti Caſus producti ſunt, quibus Legis continua Obſeruantia, conſequenter Interpretatio vſualis, demonſtrata fuit, ita quidem, vt ſemper pro Curia & contra Vaſallos Conſuetudinem allegantes fuerit iudicatum.

§. XXII.

Nolo hic recenſendis in actibus telam Diſſertationis protrahere, s) ſufficit dixiſſe, quod

1) Hi actus ab initio Saeculi XIV, quo Literae Inueſtiturarum magis frequentes factae ſunt, vſque ad

s) Illos exhibet ipſa Deductio Nobilitatis ſub Rubr. Rechtsgegründete Vertheidigung ꝛc. in adj. Nro. 39. quae Nobilitas ibi contra hos actus opponit, & quam lubrica ſint, infra §. LIX. docebitur. Quod autem in conformitate Iuris Communis ab initio ſaeculi decimi quarti vſque huc Epiſcopi Wirceburgenſes Collaterales haud inueſtierint, feuda partim Menſae Epiſcopali incorporauerint, aut ex gratia aliis conceſſerint, id adeo notorium eſt, vt iam Anno 1681. in cauſa Bibra contra Wirzburg plus quam nonaginta Actus in Iudicio Camerali producti, & teſte de Lvdolf citata Relat. 8. pro plene probantibus declarati, ac per Sententias complures confirmati fuerint.

ad medium Saeculi XVI. vna ſerie continuam Legis obſeruantiam, & denegatam Collateralibus, a primo acquirente haud deſcendentibus, ſucceſſionem demonſtrent. Quod

2) A Medio Saeculi XVI, quo Nobilitas in Conſuetudinis praetenſae Exercitio ſe turbatam aſſerit, vſque huc Lex in viridi ſemper fuerit, & adhuc ſit obſeruantia, & quod

3) Si Nobiles Vaſalli litem mouerint Curiae Wirceburgenſi, nunquam non contra allegatam Conſuetudinem & pro Lege ſcripta in vtroque Iudicio ſupremo Imperii Sententiae emanarint.

§. XXIII.

Exempla ſint ſequentia:

I. Primum locum meretur Caſus Schrimpfiorum a Berg. Mortuo vltimo ex familia Alberto Schrimpf, Epiſcopus Wirceburgenſis Melchior a Zobel feuda reuerſa occupauit: Agnati Alberti (ſcilicet Philippus Wolfgangus, & Caſparus fratres Schrimpf de Berga) ſe feudorum Succeſſores autumantes, litem ex capite fractae pacis contra Epiſcopatum Wirceburgenſem in Camera Imperiali circa finem Saeculi XVI. mouere, in puncto tamen Succeſſionis nil obtinuere. Hic caſus eo eſt notabilior, quod partim Nobilitas ipſa eum pro prima Conſuetudinis infractione alleget, t)

 partim

t) Vid. Relatio GOERZII apud BVRGERMEIST. Codic. cit. p. 684.

partim Deductionibus & Consiliis, quibus praecipue Nobilitas se tuetur, ansam dederit: quid autem de his sentiendum, non meis sed LVDOLPHI verbis hic proferam.

„ Famosa est traditio, inquit *u*) de natura feu-„ dorum Episcopatuum Bambergensium & Herbipo-„ lensium, quod Agnatus nobilis, etiamsi a primo „ acquirente non descendat, habeat tamen Ius petendi „ inuestituram, si sit ei nomen familiae, & insignia „ cum defuncto habuerit communia, quam vocant „ Belehnung auf Schild und Helm. Prolixa est hac „ de materia tractatio in duobus Consiliis Aduocato-„ rum quondam in Camera Imperiali Spirensium. „ Quorum vnum IOACHIMO MVLLERO, alterum HEN-„ RICO ROSENTHALIO & GOSWINO STATTMANNO, aucto-„ ribus conscripta fuere An. 1605. & 1606. Vtrum-„ que Collectioni CASPARI KLOCKII (is enim alienos „ labores adoptare solitus erat) insertum legitur Vo-„ lum. IV. Consil. 79. & 80. In eorum scripta inci-„ disse WERNERVM A RVST praesentatum olim ad of-„ ficium Assessoratus Camerae, admodum est credi-„ bile; totum enim specimen conscriptum fuit An. „ 1610. & 1612. quod legitur in volumine Relatio-„ num ab eodem KLOCKIO editarum Num. V. & se-„ quitur principia in illis consiliis tradita. Hos ergo „ fontes

u) In Obseruat. forens. P. I. Obs. 84. p. 203.

„ fontes velut omni exceptione maiores allegant, in-
„ culcantque, qui exortis quandoque controuersiis
„ de natura istorum feudorum, Agnatorum partes
„ tuentur. Iungitur etiam ex ADRIANI GYLMANNI *
Volu-

* Fictum esse nomen ADRIANI GYLMANNI, quod inscriptum est non solum Operi Symphorematum, sed etiam Decisionum, iam dudum innotuit Camerali Collegio. Auctor est hodie, & fuit olim, cum ederentur haec Opera, incertus, neque de eo magna tunc temporis fuit cura. Proinde, quae in istis Voluminibus rapsodicis continentur, licet de veritate actorum dubitare nolim, non promiscue, sed cum iudicio sunt adhibenda; prudens enim & rerum peritus sciet discernere aera a lupinis. Anno 1606. ventilata fuit in Camera Imperiali causa aliqua feudalis Herbipolensis, cum paulo ante lucem vidissent Volumina dicta Gylmanniana, de quibus tunc in Actis ita scripsere Herbipolenses: „ Eben daselbsthin gehöret, was der
„ Gegentheil ex quibusdam scopis dissolutis cujusdam
„ Adriani Gylmanni ignotae auctoritatis Viri herfür
„ bringt. Man weis aber von diesem Opere Adria-
„ ni Gylmanni, Tilemanni de Benignis, und was
„ mehr dergleichen Dings ist, so viel, daß Leute,
„ denen es nicht vonnöthen gewesen, weniger zu ver-
„ antworten ist, etliche hin und wieder spargirte,
„ und denen Assessoribus Camerae entwendete Vota
„ zusammen gelesen, dieselben in Druck gefertigt,
„ und damit ein groß Deo Gratias verdienen wollen.
„ Ob nun solche zusammen gesprengete Waaren, da
„ sie

„ Volumine Decisionum, quae GAILII & MEICHSNERI
„ nomina celebria prae se ferunt part. 2. decis. 27.
„ in causa S. contra W. (mutata est errore vel Typo-
„ graphi litera B. in S. vera enim Actorum rubrica
„ est von Berg contra Herrn Bischofen zu Wirzb.)
„ vbi similia reperiuntur, licet ieiune satis deducta
„ principia. In vniuersum de ista traditione sic est
„ sentiendum: quod, licet dentur feudorum ali-
„ qua, conuentionibus cum Principe Episcopo & feu-
„ di Domino sic formata, vt intuitu familiae totius
„ inuestitura alicui collata fuerit, regulam tamen
„ generalem minime constituere, imo in plerisque
„ feudis fallere. De primo adquirente si per anti-
„ quitatem omnia sint obscura, esse poterit aliqua,
„ caeteris etiam paribus, praesumtio pro Agnato
„ inuestituram petente. Minime vero si primus ad-
„ quirens sit notus, & quod Agnatus ab eo non des-
„ cendat, neque in prima inuestitura fuerit compre-
„ hensus. Haec omnia alibi tractauimus ex insti-
„ tuto. „

§. XXIV.

„ sie nur auch per scelus das Licht ansehen, alsbald
„ auctoritatem rei in Imperiali Camera judicatae er-
„ langen, das wird man dem Widertheil so leicht-
„ lich nicht glauben rc. Decisionem illam XXVII. si
veram & Assessoriam credamus, certum tamen est, Se-
natui non fuisse probatam, teste Sententia in ista Causa
publicata.

§. XXIV.

II. Alter *Casus*: Extincto vltimo Vasallo possessore feudi Wirceburgici Gunzendorf. Georg. Christoph. Ludov. de Stiber eius haeredes allodiales adhuc sub tutela existentes, neutiquam vero a primo acquirente Descendentes possessionem feudi occupauere, & Ius suum praetensa hac consuetudine fundarunt: ast in Iudicio austregali 17ta Iunii 1719. Sententia lata fuit.

„ Daß ermeltes Guth durch Absterben Georg
„ Christoph Ludwigs Stieber Sr. Hochfürstl. Gna-
„ den zu Wirzb. und Dero Hochstift vermannet und
„ heimgefallen, mithin beklagte Vormundschaft
„ schuldig und gehalten seye, solches nebst Zugehö-
„ rungen und allen Nutzungen, so sie daraus von
„ Zeit der ergriffenen Possession erhoben, gedacht
„ Sr. Hochfürstl. Gnaden und Dero Hochstift abzu-
„ tretten und einzuraumen. „

Quae sententia in Appellatorio Iudicio supremo scilicet Camerali Dicasterio Anno 1722. 17. Iulii simpliciter fuit confirmata. *x*)

§. XXV.

Scio equidem huic sententiae obmotum fuisse, Referentem & Iudicium Declarationes Episcoporum Friderici & Iulii (de quibus §§. L. & LI.) pro suspectis

---

x) Vid. DE LVDOIF in Symphor. Conf. for. T. I. Conf. 8.

pectis habuisse, cum tamen reuera authenticae extent, & inde sententiam contra illos de Stiber prodiisse; sed qui Relationem ipsam sub not. *x.* allegatam vel leui oculo percurrit, mox inueniet, has nunquam negatas declarationes in Iudicio pro insufficientibus ad probandum habitas fuisse.

§. XXVI.

III. *Casus.* Extincto vltimo Vasallo Lineae inuestitae de Creylsheim, Dominus directus Capitulum Ecclesiae Equestris Comburgensis feuda quaedam in Ingersheim tanquam aperta occupauit, & Agnato Hannibali Friderico de Creylsheim Successionem petenti defectum Descendentiae a primo acquirente opposuit. Hic ergo Capitulum coram Regimine Wirceburgico conuenit, vbi partibus auditis 2 Maii 1715 Sententia lata:

In Sachen Hanibal Friderich von Creylsheim Klägern einem, entgegen und wider das Ritterstift Comburg Beklagte am anderen Theil puncto der Ingersheimer Lehen, ist allem Vor- und Anbringen nach auch auf beederseitige Submission der Bescheid, daß beklagtes Ritterstift bey deren Lehen und Güttern quaest. Possession zu manuteniren; werde aber Kläger, wie sichs gebührt, erweisen, daß er von *primo acquirente* abstamme, oder daß es beym Comburgischen Lehenhof eine besondere Gewohnheit seye,

auf

auf Schild und Helm zu belehnen, ergehet ferner, was Recht ist.

Quae sententia in Appellatorio 19. Febr. 1723. a Iudicio Camerali fuit confirmata cum annexo:

Dann wie fern Appellant den in der Urtheil ihme vorbehaltenen Beweis bey voriger Instanz anzutretten vermögend, und zu dem Ende die Edition deren ältesten Lehen-Briefes und Reversalien ferner gesinnen würde, bleibet Appellatischer Theil ihme daran zu willfahren schuldig und gehalten.

§. XXVII.

IV. *Casus*. Cum extincta Linea quadam Vasallorum de Dacheroda Successionem in feudum Ober-Melsendorf ab alia linea a primo acqnirente haud descendentes Agnati peterent, & fusissime se in praetensa Consuetudine feudali fundarent, Consilium Imperiale Aulicum, quo lis deducta fuit, eam vtpote non ens reiecit, & Episcopo tantum productionem seu editionem alicuius Documenti de 1600. per Concl. de 29. Nov. 1724. ideo iniunxit, vt exinde, quod agnati asseruere, erui forsan posset, Episcopum Ivlivm ex speciali gratia etiam lineae actrici inuestituram promisisse. *y*)

§. XXVIII.

---

y) Tenor Conclusi est sequens:

Mercurii den 29ten Novembris 1724.

„ Von Dacheroda und Consorten contra den Herrn „ Bi-

§. XXVIII.

V. *Casus* nouissimus sequens est: Wolfgangus Dietericus Camerarius de Worms dictus de Dalberg, qui

---

„ schofen zu Wirzburg und Consorten in puncto Re-
„ vocatoriae das Frey = Fränckisch = adeliche Ritter-
„ Guth Melsendorf betreffend. Absolvitur Relatio
„ & Conclusum: Fiat Sententia partim absolutoria
„ partim interlocutoria dahin: daß, was Unter-Mels-
„ endorf betrifft, Mitbeklagter Philipp Freyherr
„ von Schrottenberg von der angestellten Klage zu
„ absolviren seye, compensatis expensis. Ober-Mels-
„ endorf hingegen anlangend, ist beklagtes Hochstift
„ zuforderst die übrige zu gegenwärtiger Sache ge-
„ hörige Handlungen und Briefschaften, und beson-
„ ders die auf des Herrn Erz-Herzogs Maximilian
„ Intercession-Schreiben von 7ten Martii 1600 erfolgte
„ Antwort Bischofs Julii geziemenden Fleißes aufsu-
„ chen zu lassen, und in beglaubter Form zu edi-
„ ren, oder daß mehrere dergleichen Handlungen,
„ Briefschaften und Documenta, auch in specie an-
„ geregtes Antwort-Schreiben Bischofs Julii, bey dem
„ Fürstl. Wirzburgischen Archiv, nach angewanden
„ möglichen Fleiß nicht auszufinden, noch auch, wo
„ selbige sonsten hingekommen seyn möchten, wissend
„ seye, durch einen hierzu besonders bestellten Pro-
„ curatorem zu schwören schuldig. - Worauf, und
„ Wann hierüber von denen sämtlichen Partheyen
„ anderweit kürzlich verfahren, und zum Urtheil
„ beschlossen wird, die fernere rechtliche Definitiv-
„ Erkanntnuß erfolgen solle. „

qui anno 1618. obiit, duos reliquit filios Wolfgangum Hartmannum & Ioannem: ambo ab Ecclesia Wirceburgensi Anno 1652. obtinuere in feudum Castrum Buchold; cum iam extincta vtriusque linea feudi possessio cum dominio directo consolidata apprehenderetur, Nobiles de Dalberg a primis acquirentibus haud descendentes inuestituram petiere, qua denegata litem in Consilio Imperiali Aulico introduxere, ae potissimum illam sic dictam Consuetudinem Franconicam vrsere, hac tamen nequaquam probata 22. Martii 1753. Conclusum emanauit:

„ Fiat Sententia absolutoria.

§. XXIX.

His rite ponderatis, quiuis aequus rerum arbiter concludet.

I. Ius Feudale tam Germanicum quam Longobardicum, non nisi Descendentes a primo acquirente ad Successionem feudalem admittere;

II. Idem Ius in Ducatu Franconico & in specie Curia Wirceburgensi semper viguisse, & adhucdum vigere; consequenter

III. Consuetudinem in contrarium allegatam non tantum non esse probatam, sed &

IV. Probari attentatam in Dicasteriis supremis Imperii nunquam non fuisse reiectam, sicque

V.

V. Ad Non Entia esse referendam. *

§. XXX.

Possem hic telam abrumpere, sed ne immediatae Nobilitatis fundamenta plane intacta relinquam, ea ordine chronologico referam, simulque infirma esse demonstrabo.

SECTIO II.

Recenset Fundamenta Nobilitatis subiuncta breui Refutatione.

§. XXXI.

Si Fundamenta Vasallorum consideremus, ea nil aliud sunt, quam saepius recocta, quae in Consiliis Wehneri, Klockii, Rvstii & Gvlmanni suam habent originem; & tantum noua exteriori in forma saepius prodiere, sicque a quibusdam recentioribus Iurisconsultis sunt adoptata. Inter hos eminet Fridericus Carolus Schoepfivs, qui in supra citata commentatione de feudis Germaniae gentilitiis quibuscunque

---

* Eandem sententiam fouent Ioan. Petr. de Lvdew. in Praefat. ad Scriptores Wirceburgenses §. 17. Bocrisivs Obseruat. 21. Ignat. Christoph. Lorber a Störchen Institutiones feudales §. 345. Georg. Ludovic. Boehmer Princip. Iur. Feud. §. 141. Henr. Christian. Senkenberg Iur. Feud. Primae Lineae §. 310. Lvdolf. Symphor. T. I. Dec. 8.

cunque extrema tentauit, & ut priori emissae suae Dissertationi de feudis Franconicis imprimis Herbipolensibus maiorem conciliaret authoritatem, consuetudinem, quam prius praeeunte Deductione Nobilitatis sub Rubro Vertheidigung &c. Franconiae tantum attribuerat, iam in Germania vniuersalem esse adstruxit.

Meum non est, hic alias Franconiae Curias, multo minus alia Germaniae Territoria ab hac consuetudine liberare, quod facile fieri posset, sed cuiuis sua relinquens, tantum ea, quae Wirceburgensia feuda concernunt, extrahere & dilucidare constitui.

§. XXXII.

I. Dicunt: Iam Tempore Ivlii Caesaris ac Taciti Germanis Gentibus Cognationibusque hominum (denen Adelichen Geschlechtern und Häusern) Agros addictos fuisse, ita vt genti adquisita nexu aeterno, non temporario, possessori camporum spatia permanerent. z) Gentiles autem non alios fuisse, nisi quos modo eines Schilds, Helms und Wappens appellamus, idque subsequis exemplis ex familia Agilolfingica

z) Ita Schoepf cit. Comment. §. 3. & seqq. ex Lvdwigio, & Ivl. Caes. L. VI. de bell. gall. cap. 22. Et Tacit. de Mor. Germ. c. 26.

gica Bojoariae & Herulorum ſtirpe Gothorum corroborant, ac germanis vniuerſis applicant, ſimulque per Conſtitutionem CONRADI ad fratres Succeſſionem extendentis, feuda ad Collaterales deuoluta et hæreditaria fuiſſe contendunt. Pro ſubſequis temporibus ad Documentum a SCHILTERO *a*) productum prouocant, quo doceatur, feuda maſculina ad Rhenum non reuerti ad Dominum, quamdiu adſint hæredes maſculi vnius ſtirpis ac inſignium: tandem Teſtimonium GEMELII *b*) Cancellarii Hennebergici (qui circa finem ſaeculi XV. & initium XVI. vixit) ſic ſcribentis allegant:

„ Ego tamen arbitror, durum eſſe apud Germanos, vt non ſolum ad deſcendentes extendatur, „ ſed ad omnes haeredes maſculos ab inteſtato venientes, etiam ſi non eſſent deſcendentes primi „ adquirentis iſtius feudi, ſed alias communi generatione, vt qui ſimilibus inſigniis familiae & nomine defuncti coniuncti, quo caſu natura feudi „ non ſubuerteretur. — — Super quo puncto, ante

---

a) SCHILT. Ius Feud. Alem. p. 446. Documentum Heidelbergenſe de 1463. huius eſt tenoris: „ Mann„ Lehen auf der Seiten des Rheins verfallen nicht, „ alldieweil Mann-Lehens-Erben eines Stammes „ und Wappens seynd, und die zu gebührender „ Zeit empfahen werden. „ Add. NIC. REVSNER. Lib. I. Conſ. 3. n. 24. 38. & 145.

b) In Comp. Iur. Feud. p. 8.

„ ante paucos dies cum duobus Principibus alterca-
„ bar, qui tandem mecum concludebant, istam ge-
„ neralitatem cum dicto temperamento esse intelli-
„ gendam, tanquam NB. consuetudini Patriae &
„ aequitati, tum naturae verborum consonam.„

§. XXXIII.

Animadversio. Quis sibi a risu temperet, si Iuris Consultum successionem feudalem ex TACITO deducere audiat, vbi nec volam nec vestigium verorum feudorum inuenire licet: vel enim SCHÖPFIVS dormiit, aut phantasmatibus LVDWIGIO propriis fuit delusus, vel, vt credo, per iocum dixisse videtur; ipse enim LVDWIGIVM allegans studio & ironia, ni fallor: ait:

„ Dominus Cancellarius de LVDWIG lineas
„ duxit, quasi *ex Apollinis Oraculo* rationes pro-
„ tulit verissimas.„

Quod vero Constitutionem CONRADI attinet, de ea superius §. V. seqq. sufficienter dictum, solos fratres, nequaquam vero alios Collaterales a primo acquirente non descendentes ibi intelligi.

Deinde Documentum Heidelbergense quod concernit, illud, si etiam, quod probatum nondum est, authenticum esset, & Legem repraesentaret feudalem, nescio, quid, dum de Rheno & vage loquitur, Vasallis Franconicis prodesse queat: Taceo, quod nulli Curiae feudali tale quid obtrudi queat

contra clarum Legem vigentium tenorem ac obſeruantiam. Teſtimonium GEMELII quod attinet, cauſae nec minimum patrocinatur, indeque non plus probat, quam eius Coaeuus WEHNERVS (de quo infra §. XLVII.) imo hic ipſe GEMELIVS expreſſe tuetur, praetenſam illam conſuetudinem tunc temporis allegatam quidem ſed probatam non fuiſſe, dum L. c. p. 52. ſic habet:

„ Licet in Germania in plerisque Prouinciis
„ Nobiles nitantur, ſiue feudum ſit antiquum, ad
„ familiam & omnes, qui plurium inſigniorum, no-
„ minis & generationis ſunt, deuoluendum, non ha-
„ bito reſpectu, vtrum adquirens ipſis in aſcendenti
„ ſtipite, vel collaterali, ſit coniunctus, conſuetu-
„ dinem generalem allegantes; Eam autem adhuc,
„ nec iudicio contradictorio, nec extraiudicialibus
„ actibus firmatam, ſed contrarium vſurpatum re-
„ peri: Fieri enim poſſet, vt Dominus apertum
„ feudum aliis de familia concederet; hoc tamen
„ magis gratia, actibus voluntariis, non inducenti-
„ bus conſuetudinem, vt per Dec. Conſ. 437. quam
„ vigore conſuetudinis, factum eſſe cenſeretur. Et
„ dato: Quod in Prouincia localis conſuetudo ſit,
„ ad aliam tamen Prouinciam, illa in praeiudicium
„ Praeſidis & Domini feudorum, male extenderetur.„

§. XXXIV.

Alia via incedit Author der Vertheidigung & eius

eius Defenſor SCHÖPFIVS, c) qui tam ex oblatione feudali originaria & inde oriunda rationabilitate, quam ipſa Curiae feudalis confeſſione ac actibus huic obſeruantiae conformibus potiſſima ſua argumenta deducere allaborant.

§. XXXV.

Primitivam bonorum Nobilium acquiſitionem ab Imperatore deducunt, & eandem eſſe naturam bonorum equeſtrium, quae Statuum Imperii contendunt; quod ex conceſſionibus Imperatorum, Monumentis hiſtoriarum, & ſide Hiſtoricorum euinci poſſe aſſerunt, ſimulque notabilem orationem CAROLI M. d) producunt, qua Francis commilitonibus ſuis, quorum fideli opera & militari virtute adiutus victoriam & Regnum Italiae aſſecutus, id primum tribuiſſet, vt a ſeruitiis futuris, ſola fidelitate excepta, propter inſignia militaria officia prius praeſtita exonerentur, cum horum reſpectu magis praemii, quam ſpecialis beneficii naturam conſiderare voluerit.

§. XXXVI.

Allegant hanc in rem Receſſum Imperii de A. 1500., daß die Ritterſchaft um ihrer Vorfahrer Ver-

c) In Diſſ. de Feudis Francon. in ſpecie Herbipol.

d) Exhibet hanc Orationem STRVV. in Mantiſſa Syntagm. Iur. Feud. p. 666. ex FRANZKII Orat. de Origine feudorum.

dienst willen von dem Heil. Reich ihre Ehr und Würden, auch den mehreren Theil ihrer Güter haben und erlangt. — Non minus igitur Nobilibus vti & Ducibus fundos ac praedia, quorum reditus hi tanquam salaria & munera militiae subeunda, & Regnum contra hostes Imperii defendendum sibi vindicarunt, eadem largitate & vna eademque pristinorum Caesarum liberalitate esse concessa, sed & auitam Nobilitatem eodem Respectu speciali libertate honoribus & dignitatibus a Caesare tanquam perpetuo monumento & immortali praemio virtutem esse remuneratam; sicque praedia equestria perafctis variis belli expeditionibus plenam immunitatem, vti Status Imperii in signum & compensationem fidelium meritorum Iure haereditario atque Dominii perpetui accepisse, hoc autem in specie de terris Francicis siue Franconia orientali, itidem de veteri Francorum more & fidelibus Regni germanici (vti dicebantur omnes, qui vel officia in regno eiusque parte gerebant, vel ministeria in bello praestabant) Scriptores historiae germanae testari *e*).

§. XXXVII.

---

e) Coccei. in Iur. Publ. Prudentia Cap. 16. S. I. §. 9. Thomasivs in Differt. de Originibus feudorum. Itter de Feudis Imperii Cap. 2. §. 3. & seq. Hert. de Feud. oblat. P. I. §. 8. Thomasivs in Differt. de Praesumpt. Allodialitatis §. 4. sic ait:

„ Bo-

§. XXXVII.

Prono exinde alueo fluere dicunt, praedia equestria ab eorum possessoribus tanquam allodia in patrimonium quasi data & transscripta arbitrarie in quosuis extraneos potuisse transferri. Hinc in Recensione historica Perillustris Reinhardi L. B. de Gemmingen asseri, welchergestalten beweißlich, und wofern man von einem Stammhaus zu dem anderen gehen wollte, zu befinden seye, daß noch vor 200 Jahren alle Stammhäuser allodial gewesen, und seithero mehreren Schutzes und anderer Ursachen wegen zu Lehen aufgetragen worden.

Rosentalium f) testari: Innumera se antiquarum inuestiturarum Monumenta vidisse, in quibus Nobiles ante annos plus minus ducentos bona sua in sinum potentiorum delata in feudum receperint, vt hac ratione tutelam sibi compararent & securita-

---

„ Bona Nobilium Germanorum quod attinet, „ nullum est dubium, quin ea pro allodialibus sint „ habenda, si antiquum Germaniae statum conside- „ res, & quam solliciti semper fuerint homines in- „ genui, qui hodie Nobiles dicuntur, vt libertatem „ suam, sub cujus statu Regio contra distincto bona „ feudalia vix concipere licet, etiam sub Regibus vt- „ cunque conseruarent. „

f) Rosenthal de Feud. Cap. 2, Concl. 24. prin. & Cap. 68. N. 17.

tam. Accedere his SEKENDORFIVM g): Daß die meist und beste Oerter anderer Ständen sonderlich geistlichen Stiftern lehenbar, indeme die Vorfahrer das Eigenthum mehrentheils gutwillig aufgetragen.

§. XXXVIII.

Sicuti autem ante oblationem, successionem allodialem, consequenter & collateralium obtinuisse certum, sic & per oblationem Ius succedendi pristinum saluum mansisse, imo per oblationem feudalem magis stabilitam fuisse; cum enim primus & praecipuus finis Nobilium sit, conseruatio familiae, inde praesumendum esse, agnatos intuitu familiae & agnationis *non vero posterationis a primo acquirente* ad successionem fuisse admissos, idque per subsecutas impostesterum inuestituras in conformitate huius Iuris consuetudinarii factas, nec non per declaratam executionem praecedentis intentionis tam Dominorum directorum quam Vasallorum abunde confirmari posse, dum feuda Franconiae pracipuis prae aliis Iuribus fuerint munita, ac in feudis sub verbis inuestiturarum zu rechte Mann-Lehen, oder auf männliche Lehens-Erben concessis non tantum descendentes sed & agnati a primo acquirente haud posterati ad successionem sint admissi.

Ac-

g) Im teutschen Fürsten-Staate in Addit. §. 20. ad Cap. I. §. 4. & 5.

Accedere credunt firmissimam atque generalem Iuris praesumptionem, qua quaelibet res sua natura libera, allodialis plenoque Iure ad nos originarie pertinens magis quam feudalis, & quoad recognitionem alterius Dominio directo subiecta praesumitur; eo quod qualitas ista feudalis impositita sic, nec intelligatur datum, siue concessum, quod diserte non exprimunt verba inuestiturae, hinc interpretationem ex bono & aequo secundum Vasallum eiusque haeredes contra ipsum Dominum feudi in dubio semper faciendam esse.

§. XXXIX.

Respectu rationabilitatis circa successionem agnaticam defensores eius asserunt, fauorem atque salutem publicam huic accedere, ipsius Imperatoris multum interesse, ne fiant nimis frequentes feudorum consolidationes, quae nullo alio modo quam stabilita hacce consuetudine possent euitari, qua sublata ipsa immediata & priuatiua competens Iurisdictio Caesarea infirmaretur *b*). Imo Nobilibus potestatem competiisse negant, vt bona Imperii in praeiudicium Iurium Caesareorum & Imperii in feuda offerrent: sic porro multum conferre, vt numerus familiarum illustrium tanquam seminarium Archi et Episcoporum ac splendor

b) Burgermeist. in Thesauro Iur. Equest. P. II. p. 357.

inclytae Nobilitatis immeditatae potius amplietur, quam minuatur *i*).

Nobilitatis immediatae Decus inter Neruos Imperii hactenus fuisse, cuius auita & imperialibus annexa iura, ne diminuantur aut opprimantur, publico commodo interesse. Quodsi enim eam, quae ex Imperii Statibus & Membrorum libertate contexta, & tot aetatum robore coalita est, compagem labefactari aut solui contingat, quid aliud futurum, quam vt omnium inter se validissimi corporis artuum consensione sublata ipsum corpus contabescat: hinc solide ratiocinari HARPRECHTVM: *k*)

> Welchergestalt sonderlich bey gegenwärtigen Läufften manch vornehm adeliches Haus an ein oder anderer Linie und Ramo die Exarescenz zu viel erfahre, die noch grünende aber dem Publico selbst zum Nachtheil in großen Verfall und Abnehmen gerathen, daraus sie aber nicht eluctiren würden, wann ihre ob defectum ab hoc vel illo Domino directo desideratae & exactae primi acquirentis Descendentiaeque graduariae probationis per rerum naturam rarissime possibilis die von denen sonst unverneinlichen

i) Vindiciae secundum libertatem Imperialem quorundam Electorum, Principum & Statuum, nec non immediatae Nobilitatis S. R. I. de A 1665. p. 69. & seq.

k) HARPRECHT in peculiari Responso p. 58.

chen Agnatis angefallene Lehen als apert angesprochen, oder gar gleich de facto entzogen würden.

XL.

Verba Inuestiturae Erblich kommen, zu rechten Mann-Lehen leihen successionem agnaticam & gentilitiam ideo designare aiunt, quia ex insecutis actibus conformibus sic intellecta fuisse patet; hinc inferunt, si apud familiam eiusue agnatos vnicus tantum eiusmodi actus euenerit, Dominum obligatum esse, datam iam in infeudatione formam iterum seruare: cum vnicus ille actus postmodum subsequentibus formam & obseruantiam perpetuo suggerat *l*). Interuenienribus eiusmodi actibus adminiculantibus feudum sensu iuris eius indolis esse censendum, acsi in eo expressa pactio-

---

l) MENOCH. L. 6. Cons. 6to N. 31. VVLTEIVS Vol. 2. Cons. Marpurg. 30. N. 96. GOEDD. Cons. Marp. 32. N. 64. Quod ex Obseruantia similium Casuum, qui in eadem familia euenerunt, decisio colligatur praesentium, etiamsi non nisi semel euenerit, & de consuetudine introducenda, vt transuersales Agnati in feuda noua succedant GAIL 2. Obseru. 149. N. 10. Consuetudines, quod agnati eiusdem nominis, gentis & familiae non teneantur probare primum acquirentem, valent, & non solum propter praesumptionem Iuris & antiquitatem familiae, atque difficultates probationis, verum etiam quod huic Rigori Iuris Consuetudine vel Statuto derogari possit.

pactione & nominatim conuentum esset, vt in omnibus casibus obseruetur hoc Ius succedendi: talem actum consuetudinis animo gestum pro eo esse habendum, acsi Dominus approbasset consuetudinem, qualis praetenditur extare; cui confessioni non verbis quidem, sed quod potentius est, ipsis rebus ac facto prolatae vtique standum esse, nec exigi semper debere ab actore, vt virtute consuetudinis actum gestum fuisse ostendat; cumque Ius actuum multitudine subleuetur, m) nullum meliorem eius, quod actum est, esse probationem, quam quae ducitur ab obseruantia subsecuta; ea quippe certissima interpretatione ostendit mentem primorum contrahentium & naturam seu qualitatem actus cuiusque. Si ergo primi in concessionibus feudalibus certam & indubitatam de natura feudi interpretationem vnico actu dederint, hic postmodum subsequentibus formam & obseruationem perpetuo suggerit, eo quod feudum post vnum actum semper eadem qualitate eodemque Iure possessum praesumatur. — — In probanda consuetudine ergo contra Dominum feudi sufficere credunt, vel vnicum actum ostendisse, cum talis actus vi consuetudinis interpretatiuae gestus pro tali habendus sit, acsi Dominus confessus esset consuetudinem: Hanc autem authoritati-

bus

m) In Sachen Castell contra Hesberg de 1676.

bus JC. inprimis GOLDASTI, WEHNERI abunde ita corroborari, vt saeculo decimo sexto Domus Wertheimensis *n*) publice iam asseruerit:

Daß die eröfnete und heimgefallene Lehen von dem Hochstift nicht eingezogen, sondern wiederum auf gleichen Stand- und Geschlechts-Personen, ob Sie auch schon von dem primo acquirente nicht descendiren, sondern nur collaterales seyn solten, siue feuda sint noua siue antiqua &c. verlehnet werden müssen.

§. XLI.

REFVTATIO. Prolatis hisce tam ex rationabilitate quam oblatione & sensu horum verborum, männliche Leibs-Erben, argumentis non incongrue opponitur, sublata praesumptione totum quoque corruere: praetermissis enim controuersiis, an feuda sint data, vel oblata, vel (quod magis ridiculum videtur) ex Constitutione VRBANI II, secundum quam bonorum mensalium alienationes erant prohibitae, concludere velle, omnia feuda Ecclesiastica esse oblata: prono tamen alueo exinde fluet, feudum semel constitutum siue res prius fuerit propria Domini vel ex post facta, eam seruare naturam, vt in tantum habeatur pro feudo proprio, vsque dum improprietas & re-

cessus

n) In Deduct. Wertheim contra Wirzburg dem Gegen-Bericht Cap. 5. §. 9. pag. 100.

cessus a naturalibus feudi & Iure communi satis demonstrata sit. Litterae enim inuestiturae, si non sit in iis successio futura extra omne dubium posita, semper praesumptionem prae se ferunt, vt successionem sequantur communem; Concessio enim beneuola non inuoluit, vt feudum debeat esse improprium, cum tempore oblationum Vasalli per hanc ipsam oblationem securiores redderentur, damna ac spolia tam praesentia quam futura a se auertendo; quo in periculo constitutus, potius elegit rem in feudum offerre, & sic saltem dominium vtile pro se suisque descendentibus conseruare, quam integro carere allodio. Taceo, quod, cum oblatio sit modus extraordinarius constituendi feudum, ea semper ab afferente foret probanda; qua etiam plene probata, ius aliquod particulare ratione successinnis erui haud posset, quia nulla adiecta conditione allodialitatis oblata sunt. Sic quoque ridiculum foret, ab vna alteraue prouincia, vbi naturalia feudi deficiunt, & successio gentilitia Statutis particularibus firmata est, ad alteram concludere; cum in illa prouincia per corroboratam obseruantiam aliam feuda induerint naturam ad alias Curias plane inapplicabilem, in quibus Ius Commune circa successionem vigens allegata quadam rationabilitate immutari nequit.

§. XLII.

§. XLII.

Ne vero dubium oriatur, quid per Ius Commune intelligam, eum feuda oblata Iuri Longobardico plane ſint incognita; reſpondeo cum Schiltero, quod non minus Germania ſuo Iure Communi gaudeat Feudali, ex conſuetudinibus feudalibus vniuerſalibus & Conſtitutionibus Imperii orto, quod in naturalibus feudum proprium conſtituentibus a Longobardico minime recedit; cumque vix non integra Germania in curiis feudalibus receperit Ius Longobardicum, etiam hoc quoad ſucceſſionem pro Iure Feudali Communi tamdiu habendum eſt, donec ex tenore litterarum inueſtiturae aut Statuto vel conſuetudine particulari non nude praeſumta, ſed plene probata de illius non vſu ſufficienter conſtet.

§. XLIII.

Senſus, quem Aduerſarii verbis: **erblich kommen, zu rechten Mann-Lehen leihen ꝛc.** tribuunt, communi ac receptae illorum notioni repugnant; verba enim illa ad deſcendentes tantum pertinere indubitati Iuris feudalis eſt, vtpote omnem alium ignorans ſucceſſorem. Analoga ſunt in Inueſtituris verba: **Mann-lehenbare Erben** & **Leibs-Erben**, quae poſteriora tantum filios, nepotes, pronepotes, & reliquos poſteros a Patre, auo, proauo reliquisque aſcendentibus ſanguinem trahentes deſignat: confirmat hoc

gene-

generalis vſus praxis & obſeruantia omnium locorum, atque Curiarum notorius ſtilus, prout id infinitis Inſtrumentis, inueſtiturarum Litteris, aliisque Documentis euincitur o); quid quod Nobilitas ipſa non diffiteatur, verba: Männliche eheliche Leibs-Lehens-Erben tantum deſcendentes a primo acquirente ſignificare p).

§. XLIV.

Replicant equidem Aduerſarii: rebus ſic ſtantibus, verba ſupradicta inutilia fore; ſed fruſtra hoc aſſeritur, eo quod haec formalia ſeu ſpecialius determinata haeredum ex corpore (Leibs-Erben) in feudis, vbi ex mente concedentis aut diſponentis bona

---

o) Klock Conſ. T. 3. Conſ. 172. N. 465. vbi in cauſa fideicommiſſaria Comitum de Koenigſtein per verba männliche eheliche Leibs-Erben deſcendentes maſculos haeredes intellectos fuiſſe, late deducitur. Besold Theſaur. pract. voce Leibs-Lehnbare Erben, vbi plures inueſtiturarum formulas inducit, ex quibus Leibs-Lehens-Erben, männliche Leibs-Lehenbare Erben deſcendentem lineam primi acquirentis comprehendere eluceſcit.

p) Sic Author der Vertheydigung, dum Caſus pro Wirceburg allatos refutare intendit, pro regula ponit, quod inueſtiturae verbis: männliche Leib Lehens-Erben, ſucceſſionem praetenſam gentilitiam excludant. Vid. in Spec. p. 207. & paſſim in Adiuncto ſub N. 39.

bona nonnisi ad descendentes in linea recta peruenire debent, minime pro abundanti reputanda sint, cum iis excludantur omnes haeredes extranei adoptiui, &c. & qui a primo acquirente sanguinem haud trahunt, sicuti per vocem eheliche illegitimos & naturales, per verbum männliche foeminas a successione arceri nemo non videt. Neque opus est, prout Lvdolf solide demonstrauit, vt ea extendamus ad agnatos a primo acquirente non descendentes, cum feuda nulla ratione etiam interpretatiua ad alios transferri posse, liquido patescat.

§. XLV.

Addunt praeterea Sententiae contrariae Patroni Authoritatem Doctorum tam communium quam domesticorum, inter communes est.

Klock. Relat. V.

Rvpprecht, Ziegler, Röhrer, Rosenthal, Stratman, Mvller apud Klock Tom. IV. Cons. 79. & 80.

Socin. Ivn. L. 2. Cons. 103. & 105.

Mvnd. de Muneribus & Honoribus in specie Resp. in fin. adi. N. 291.

Gylmann Lib. II. Dec Cam. 27.

HILDEBRAND de probat. per inſignia p. 105.

LVDWIG de Iure Client. Germ. Sect. 2. c. 1. §. 2. not. *m*.

Facultas Iurid. Altorf. in cauſa Ingelheim contra Wirceburg de a. 1725.

Ingolſtadiana & Tubingenſis in Cauſa Thungiana de 1726.

Inter Domeſticos.

WEHNER Obſeru. pract. voce *Krays* & Conſ. Franc. 36. n. 45.

DEMERATH. Faſc. differ. Iuris Com. & Franc. P. 3. Diff. 14. n. 10. & 11.

Et in ſpecie Facultas Iuridica Wirceburgenſis in Cauſa Redwiz contra Bamberg de 1692.

§. XLVI.

Has authoritates quod concernit, facillima & in Theoria ac Praxi iam canonizata eſt Reſponſio; Doctores cum eorum ſit de Iure reſpondere, ſi de facto reſpondeant, teſtium de auditu deponentium inſtar eſſe, ſicque ad probandam conſuetudinem, quae non allegari, ſed per actus continuos non interruptos, ex opinione neceſſitatis geſtos probari debet, nullam habere vim vel authoritatem.

Notiſſimi enim Iuris eſt, quod allegans conſuetudinem Iuri ſcripto communi contrariam vel ab eo recedentem, eam cum omnibus & ſingulis requiſitis ſpeci-

ſpecifice probare debeat. q) Nec ad hoc ſufficit, Authorem Conſiliorum excerpere; ea enim in Iudicio omni exceptione maiora non ſunt, neque eſſe debent, ſed plena requiritur probatio, non talis, quae ſola authoritate Reſpondentium ad Conſultationem priuatorum nititur, ſed quae fidem facit Iudici. r) Conſuetudo enim conſtat actibus externis & viuis, neque inducitur per Reſponſa Doctorum, ſed potius Conſenſu plurimorum, & praeſertim eorum, quorum intereſt: s) quia eſſentia Conſuetudinis nititur actibus, qui habent naturam pacti taciti; t) requiritur igitur, vt ab allegante conſuetudinem, & quidem Iuri communi contrariam, probetur cum temporis perennitate actuum qualitas talis, vt ſint certi, & ex opinione neceſſitatis, quod ita fieri debuerit, geſti, & quidem plures actus, non interrupti, accedente tacito Conſenſu Principis, ſeu Domini directi. u) Conſuetudinem enim tenaciter ſeruatam

Uuuuuuuuu 2 eſſe,

---

q) Vid. Gail. L. 2. Obſ. 149.

r) Cothmann Reſp 13. n. 123. de Lvdolf. in Symphor. Conſ. Forenſ. Tom. 1. p. 203.

s) Mascard. de Probat. Vol. 1. Concluſ. 426. n. 27.

t) Grot. de I. B. & P. L. 2. cap. 4. §. 3. Pufend. de I. N. & G. L. 3. cap. 5. §. 2.

u) Schilter. Prax. Iur. Roman. Ex. 2. §. 20. de Lvdolf. in Symph. Conſult. Tom. 1. p. 200. Boehmer. Iur. Eccleſ. L. 1. Tit. 14. §. 44.

esse, probandum est. x) Quae certe ad extraneos JCtos huc applicari merentur, cum negari nequeat, eos Curiae Wirceburgensis mores nequidem legaliter scire potuisse: quod autem ad rem magis scribentes nempe in Consiliis Klokii nominatos attinet, Consilia ad narrata unius partis emanantia sunt, indeque ventilata in actis criteria nec euertere potuere nec voluere; taceo, quod non obstantibus eorum ratiunculis Sententiae semper contra Consuetudinem praetensam latae fuerint.

§. XLVII.

Wehnervs vltra limites Respondentis evagatur: dum enim dicit, expedire Reipublicae, diuites habere familias, & vt ordo equestris militaris conseruetur, praeoccupationem demonstrat, quae eo excusabilior erat, quo certius constat, tunc Nobilitatem seruitia militaria praestandi consuetudinem nondum plene deposuisse: imo si eum attente legamus, ipse declarat, se potius pium exeruisse desiderium, quam seriam de iure respondendi voluntatem, dum inquit:

„ Quod ita *Exercitii* gratia absque cuiusque
„ praeiudicio hic differendi occasio fuit, non ne-
„ scius, hac de consuetudine acriter inter Vasallos
„ & Dominos *disceptari.* „

§. XLVIII.

x) L. fin. C. Quae sit long. Consuetud.

§. XLVIII.

Petrus Rodericus Demerath Archigrammataeus Kitzingensis asseruit quidem hanc consuetudinem, sed Curiae morum ignarus, Wehnervm suum antecessorem secutus est; imo quod plus, postea mentem testantibus eius libelli posterioribus Editionibus mutauit. Responsum vero huiatis Facultatis Iuridicae inprimis Feuda Wirceburgensia non concernit, dein nil aliud defendit, quam consuetudinem allegatam, si extet, irrationabilem non esse, quod aeque facile largiri possum; cum & successio allodialis irrationabilis haud sit: dum ergo Facultas Iuridica nec consuetudinem Wirceburgensem extare asseuerauit, neque si asseruisset, mentem suam pro lege venditare potuisset, ad rem praesentem hoc reuera nil facit, praecipue dum in fine ad quaestionem primam addidit:

Indeme aber diese Quaestion zwischen verschiedenen Hochstiften und andern hohen Lehen-Herrn mit der löbl. Fränckischen Ritterschaft controuers und in Lite verfangen ist, daß dem äusserlichen Vernehmen nach sehr viele und große Acten vorhanden, in welchen hinc inde viele Casus und Praeiudicia allegiret werden, will uns nicht wohl anstehen, etwas hierinnen ad Instantiam vnius partis allein zu decidiren: in genere aber ad quaestionem propositam zu respondiren, halten wir davor, daß die ad factum ange-

führte rationes und argumenta dergestalten beschaffen, daß man sich darauf, bis in Dicasterio quodam supremo diese Quaestion rechtlichen decidiret und erörtert werde, allerdings wohl steifen könne, und davon nicht abzustehen habe.

Cum ergo & illa quaestio & plures casus expost in contrarium sint decisi, ipsa Facultas se ipsam corrigendo resoluit.

§. XLIX.

Praeter allegatas hactenus authoritates fundant se Vasalli nobiles in Recessu inter Episcopum, Capitulum & Nobilitatem anno 1461. inito *y*), in quo propter merita a Vasallis Ecclesiae praestita promittitur:

Alle Grafen, Herren, Ritter und Knecht unseres Stifts und ihr jedliches besonders alle Erben und Nachkommen bey ihren alten Herkommen, Freyheiten, Gerechtigkeiten und Erbschaften bleiben zu lassen.

Ex quibus verbis alten Herkommen — Erbschaften, inferunt:

a) Feuda esse oblata, & ex ipsorum Vasallorum bonis ad Ecclesiam peruenisse.

b) Sub

---

y) Apud Fries in Ludew. Geschichtsschr. des Bischoffth. Wirzb. pag. 830. & Thes. Iur. Franc. Sect. II. p. 728.

b) Sub ly Erbschaften etiam contineri, vt agnati, licet non a primo acquirente descendant, in feudis succederent.

Haec sane adeo leuia sunt, vt reuera refutatione haud egeant: An non quiuis Dominus, dum ei homagium praestatur, idipsum promittit, quis autem inferet, subdito per hoc nouum quoddam Ius acquiri: quae habet, conseruantur tantum; si ergo Vasalli probent, se tunc habuisse praetensum Ius succedendi, recte inferunt; nequaquam vero per talem promissionem Ius non habitum, imo nec nominatum, sed plane heterogenenm eos acquisiuisse dici potest. Taceo recessum hunc multa respectu subiectionis continere, quae potius Landsassiatum, quam solum dominium directum respectu Episcopatus indigitant.*

§. L.

Progredior nunc ad enumeranda argumenta, quae ab aduersariis ex ipsius Curiae feudalis confessione pro validitate huius obseruantiae deducuntur. Primo prouocant ad memoriale, quod Nobilitas 14 Dec. 1564. Domino suo directo Wirceburgensi exhibuit, quoad passum concernentem sequentis tenoris:

Daß, nachdeme in Verleyhung der lehen vor unfürdencklichen Zeiten ohne alle Irrungen und Einrede also bey dem Stift Herkommens gewesen, daß

* Videsis in sequenti Opusculo Additionem primam.

alle Lehen, was ein oder anderer kauft, oder von neuen und alten herhabe, ohnverhalten bey des Lehenträgers Geschlecht oder Agnaten, so lang desselben Stammens- Namens- Schild- und Helms-Erben vorhanden, verbleiben, und denenselben geliehen werden: Solchemnach der gemeine Adel des Landes zu Franken, um nachtheiligen Neuerungen vorzukommen, rathsam und nothwendig angesehen, daß solch löbl. wohlhergebrachter Gebrauch, um mehrerer Beständigkeit willen, in dem errichteten Vertrag bestättigt, und demselben bekanntlich einverleibt werden möge.

Ad quod sequens Resolutio a celsissimo Principe ac Episcopo Herbipolensi Friderico a Wirsberg & Reuerendissimo Capitulo Cathedrali vigesima tertia Martii A. 1565. emanauit:

Daß Se. Hochfürstl. Gnaden und ein Ehrwürdiges Dom-Capitul sowohl als gemeine Ritterschaft sich zu berichten wissen, was bey dem Stift der Lehenschaft halber im üblichen Gebrauch hergekommen, und wie es damit jederzeit gehalten worden, dieweilen aber bis dahero durch Hochgedachten Fürsten und Deren Vorfahrern dem alten angeregten Gebrauch und Herkommen zuwieder nichts vorgenommen, oder gehandelt worden, und noch die Meinung gar nicht habe, einige Neuerungen oder Beschwerden mit denen Lehenschaften vorzunehmen, so hätten die von der

Ritter-

Ritterschaft um so viel weniger Ursach, bey dem Stift einige Neuerung zu suchen oder zu begehren, darum es billig bey dem angeregten alten Gebrauch und Herkommen gelassen, und ohnvonnöthen, deßwegen dem alten Vertrag ichts einzuverleiben: damit aber gemeine Ritterschaft des Hochermeldten Fürstens Gemüth und Meinung zum Ueberfluß eine Erklärung habe, so sollen die von der Ritterschaft dessen hiermit und in Kraft dieser Schrift vergewissert seyn, daß durch ihre Fürstliche Gnaden und all Dero Nachkommen, gegen denen von der Ritterschaft neu erkauften Lehen halber, so hiebevor alte Stamm = Ritter = und Mann = Lehen gewesen, einige Neuerungen, massen sich die von der Ritterschaft dessen ob andern Lehen = Herrn dieser Zeit beschwehren und beklagen, keineswegs fürgenommen, sondern denen von der Ritterschaft berührte neu erkaufte Lehen, so hiebevor alte Stamm = Ritter = und Mann = Lehen gewesen, allermaßen wie solches hiebevor bey dem Stift üblich, und gebräuchlich vor Alters hergekommen, geliehen, und deshalben einige Neuerung gegen denen von der Ritterschaft nichts vorgenommen, noch gebraucht werden solle.

Ex tali Documento aduerſarii ſic ratiocinantur, quod eiusmodi declaratio non aliter intelligenda ſit, quam litterae, quae rogarunt, ſonant, cum ex precibus interpretatio reſponſi fieri debeat:

imo supplicatio antegressa in subsequenti rescripto vel concessione generali semper tanquam Matrix attendenda, & ad eam in dubio recurrendum sit: nec secus ac responsio generalis aut ambigua, ex praeambula proponentis interrogatione declarationem atque intentionem sortitur. Patere nimirum ex communi Iuris Brocardio, quod Referens accipiat interpretationem ex relato, & relationis vigore, quidquid continetur in relato, dicatur quoque cum omnibus suis qualitatibus contineri in referente, adeo vt interrogatio praecedens responsionem subiectam tanto magis declaret, & efficaciorem reddat: cum ergo supplica mentionem faciat successionis gentilitiae auf Helm, Namen und Schild, & Princeps petito annuerit, concludunt, consuetudinem hanc expressa declaratione esse roboratam. *

§. LI.

Porrò afferunt pro genuina pura atque qualificata confessione episcopali & totius Capituli litteras grauatoriales auitae Nobilitatis Franconicae de Anno 1581. regnanti Episcopo Iulio exhibitas, quae sic sonant:

Wasgestalten es das Ansehen gewinnen wolle, als ob Ihro Hochfürstl. Gnaden die Probationem primi

---

* Vide Opusculi sequentis Additionem secundam.

primi acquirentis denen Vasallen aufdringen, und die Ritter-Mann-Lehen, so lang Stamm und Nahmen, Schild und Helm vorhanden, denen nächsten Lehensfolgern nicht mehr, wie in Franken, vornehmlich bey den Hochfürstlichen Stiftern Bamberg und Wirtzburg üblich und wohlherkommens, leihen wollen.

Ex iis validitatem atque firmitatem huius obseruantiae sic stabilitam esse credunt, quasi nunquam antea dubia quaedam huic consuetudini quaestio fuerit obmota; paradoxum ideo iis fuisse, Principem simulare, acsi inueteratam istam obseruantiam vel plane non agnoscere, vel saltem dubiam reddere vellet: Qua remonstratione effectum, vt Princeps ipsam declarationem pro hacce consuetudine publice exhibere non dedignatus fuerit; quae sic legitur:

Belangend den andern desgleichen 3ten Punkt, daß Ihro Fürstl. Gnaden den nächsten Lehens-Erben, Stammen, Nahmens, Schild und Helms nichts leihen, als anderstwo bräuchlich, sondern vermeinen wollten, den Petenten probationem primi acquirentis unerhörter neuerlicher Weis aufzudringen, dann daß ungeachtet mit keinem Fall oder Exempel solt erwiesen werden können oder mögen, daß einigen regierenden Bischof, Söhn und Töchterlehen heimgefallen, sondern daß solche sine discrimine

mine den nächsten Erben geliehen worden, jedoch dieselben auf Absterben durch ihr Fürstl. Gnaden ohne Zweifel aus des Adels mißgünstiger Anstiftung nicht mehr geliehen, sondern für apert gehalten werden. Da ist Ihr Fürstl. Gnaden, indeme als solten Sie dem nächsten Lehens-Erben zu leihen verweigert nicht bewust, beschicht Ihnen derhalben zu viel ungütig: wie dann die erschienene, deren etliche selbst dieser Art Lehen empfangen, ein anderes befunden und erfahren haben.

Und können Ihro Fürstl. Gnaden Ermessens solche dabey beschwerliche Anzüge anders und mehrers nicht berühren, dann Weyland des verstorbenen Christoph David Schotten hinterlassener Lehen, um welche, so viel deren Würzburgische Ritter-Lehen gewesen, sich Hanns Schott, um die Söhne und Töchter aber andere haben angenommen, derowegen Ihro Fürstl. Gnaden die Gelegenheit etwas zu erzehlen, nicht mögen umgehen. So viel nun jezt genannten Hanns Schotten belangt, als derselbig im Novembris nächst verschienen Jahrs, um Belehnung angesucht, die Lehen aber, deren der verstorbene Schott mehr gehabt, etwas vermischt, auch hin und wieder anspruchig, und etlicher Orten darein allbereit gegrifen, und davon gezogen gewesen, zudeme auch, daß noch andere mehr Schotten im Leben, ist

an

an ihme begehrt, daß er eine Specification (welche Stücke er vor Würtzburgische Lehen, und ihme angehörig zu seyn halten thäte, desgleichen wie nahe ihme vor andere Schotten der verstorbene Christoph David Schott verwandt wäre) in die Cantzey übergeben wolte, dagegen ihme alle Gebühr widerfahren sollte, und ihme also der Belehnung gar nichts abgeschlagen, noch weniger die Probation acquirentis (wie fürgeben wird) ufferlegt worden, wie er dann mit solchen Bescheid wohl zufrieden gewest, den zu Danck angenommen, und mit dem Erbiethen abgeschieden, daß er neben seinem Vettern Alexander Schotten, Chor-Herrn zu St. Burckard, den er damalen bey sich gehabt, Sipschaft und der Lehenstück halber, in habenden Briefen ersehen wollte, als er auch seithero wieder erschienen, beyde der Lehenstück und Sippschaft halb Anzeig gethan, und uff weiter Anlangen der Gebühr belehnet worden.

Eam nunc declarationem episcopalem pro successione agnatitia decidere praetendunt; cum non tantum nullam plane de probatione descendentiae a primo acquirente Vasallis iniungenda mentionem faciat, sed potius tanquam incogitatum quoddam onus ex parte Supplicantium auertere velit. Nimirum hac ipsa confessione expressis verbis, in queis cardo totius rei versaretur, „zu viel und ungütlich geschehen„

corro-

corroborando inueteratam consuetudinem grauamen tolli.

§. LII.

Animadversio. Confessiones allatae, ni me omnia fallunt, rem praesentem nequaquam tangunt: Sic quod illam de 1565. concernit, nec quaestio nec grauamen erat de Successione gentilitia, seu Collateralium a primo acquirente haud descendentium, sed quod feuda nouiter acquisita respectu emtoris non pro antiquis sed nouis haberi velint; ita vt emtor pro primo acquirente habeatur, eiusque agnatis successio denegetur. Ad quam querelam Episcopus Fridericus reponit: Notoriam esse Curiae feudalis consuetudinem, quae hactenus nec violata, nec inposterum violanda sit: addita declaratione:

Daß durch Ihro Fürstliche Gnaden und all Dero Nachkommen gegen denen von der Ritterschaft der neuerkauften Lehen, so die bevor alte Stamm- Ritter- und Mann-lehen gewesen, allermassen wie solches hiebevor bey dem Stift üblich und gebräuchlich von Alters herkommen, geliehen werden solle.

Altum hic reuera silentium de Successione Collateralium a primo acquirente descendentium, & nil nisi inuestitura in feudis nouiter cum consensu Domini emtis assecuratur.

§. LIII.

§. LIII.

Declarationem Iulianaeam quod concernit, ea ideo integraliter *a Nobilitate producta nondum fuit, quia Conditiones expost haud impletas continet, hincque ob earum defectum ad effectum nunquam peruenit: deinde non de feudis omnibus, sed de foemininis tantum (quale erat Schottianum) loquitur: Ne autem haec gratis asserta dicantur, audiamus ipsum Ivlivm, hanc suam declarationem Anno 1602. explicantem: Sic enim in Literis ad Episcopum Bambergensem die 31. Octobris datis scribit:

„ Wir haben aus E. L. vom 20ten dieses an „ uns datirten Schreiben und derselben zu Uns „ abgeordneter Räthe mündlichen Anbringen ver= „ standen, wasmassen die gemeine Ritterschaft „ der Sechs Ort in Francken bey E. L. von „ wegen der Lehen=Güter, die nach Absterben „ Heinrichen von Bibra seeligen Uns und Un= „ serem Stift vermannet und heimgefallen, sich „ beschwehrt. Wiewohl wir bemelten E. L. „ Räthen, wie es mit Unsers Stifts Gebrauch, „ und hergegen der Ritterschaft widerwärtiges

„ An=

* Nec in originali: Nam quamvis Author supra allegati impressi: Rechtsgegründete Vertheidigung rc. Extractus copiam adjecerit, ea tamen prout vidimus illi adjectus docet, non ex originali, sed ex rapsodica quadam compilatione desumta est:

„ Angeben beschafen, der Nothdurft nach zu ver-
„ stehen geben, welches E. L. Sie auch sonder
„ Zweifel der Gebühr referiret haben werden;
„ So haben wir doch nicht unterlassen wollen
„ E. L. auch ferner schriftlich zu berichten, daß
„ unlängsten zuvor besagte Ritterschaft durch ein
„ Ausschuß dergleichen Beschwehrung bey Uns
„ auch anbringen lassen, und sich darbey auf
„ Unsers Geehrten seeligen lieben Herrn Vor-
„ fahrers weyland Bischofs Friderichs rc. und
„ auch Unsere Bekanntnussen rc. welche ih-
„ rem Anzeichen nach beschehen seyn sollen, stark
„ referiret, die haben wir ebenmäsig, wie E. L.
„ Räth beantworten lassen, und ist es mit ihrem
„ Anziehen der Bekanntnussen also beschafen:
„ als die von der Ritterschaft bey Hoch und
„ seelig gedachtem Unserm Herrn Vorfahrn
„ um dergleichen, wie Sie jetzt gern hätten und
„ sehen (welches aber, so es Unsers Stifts
„ dargegebener Brauch gewesen wäre, dieses
„ Suchens nicht bedurft hätte) inständig ge-
„ betten und angehalten, daß damals Seine see-
„ lige L., wann die Ritterschaft solche Gnad
„ erwerben und erlangen wollte, hingegen zur
„ Ergötzlichkeit begehrt, daß si die Ritter-
„ schaft etwas an des tifts obgelege en
„ Schulden tragen, und im Fall das Stift
„ mit

„ mit Krieg und Vhed angefochten würde,
„ demselben zu gutem eine gewisse Anzahl
„ Pferd schicke, und auf ihre eigene Kosten
„ unterhalten solte: dieweil aber solches die
„ Ritterschaft nicht eingangen, noch angenom=
„ men, sondern uf ihren Seiten Mangel gelassen
„ und der Vertrag seinen Effect nicht erreicht,
„ es auch mit Unserer durch sie angezogener
„ Conceßion also beschafen, daß sie allein auf
„ Sohn und Töchter und gar nicht uf dieser
„ Lehen=Eigenschaft und Art ergangen; Als ha=
„ ben E. L. selbst freundlich zu erachten, wie
„ beyde solche vorgeschützte Ursachen gegen Uns
„ angezogen, und mit Bestand beharret werden
„ können.

„ So viel aber nun den Gebrauch Unsers
„ Stifts anlanget, ist bey Unserer Lehen=Re=
„ gistratur von und über zwey hundert Jahren
„ hero eine grosse Anzahl verschiedener Fäll zu
„ befinden, daß die Lehen=Güter durch dergleichen
„ Absterben, ohne Männigliche Beeinträchti=
„ gung an Unserm Stift kommen. Daß aber
„ auch bisweilen dergleichen Lehen einem ver=
„ dienten Geschlecht aus Gnaden oder uf ge=
„ wisse Ding (wie dann viel Tractationes dar=
„ über vorhanden seyn) gegeben und geliehen wor=
„ den, solches trägt, wie E. L. selbst freundlich

„ wiſſen, mehr eine Dankbarkeit, weder einen
„ Gebrauch uf ſich. „

Ex quibus clare patere arbitror; hanc declarationem ad ſcopum generalis alicuius Conſuetudinis probandae non pertinere, ſed ſi quid etiam concedatur, tantum eo ſpectare, quod agnatis Collateralibus onus probandi primum acquirentem, ſi hic ſit dubius, & non bene conſtet, an petens inueſtituram, ab eo deſcendat, gratioſe remitti poſſit.

§. LIV.

Vrget praeterea Nobilitas Confeſſionem Procuratoris Wirceburgenſis in Cauſa Berg contra Wirzburg, qui ad art. 10. ſic habentem:

Wahr, daß unter den Ritter-Lehen in beeden Stiftern Bamberg und Wirzburg, obs altvåterliche oder neu erkaufte Lehen in Erbſchaft kein Unterſchied gehalten werde.

Sub Iuramento Reſpondendorum eum ſimpliciter affirmauit: Cum iam haec Confeſſio tempus immemoriale ſuper feudis nouis aeque ac antiquis retrofactarum inueſtiturarum adeoque certam ſcientiam cauſae iuſtae pro fundamento habeat; Iuris quoque ſit expediti, confeſſionem iudicialem tam agendo, quam excipiendo praeiudicare confitenti, valereque irreuocabiliter, hinc concludunt, hac confeſſione etiam inueteratam illam Conſuetudinem plenarie fundari.

LV.

§. LV.

Refvtatio. Quod si vero Acta ipsa inspiciamus, tota vis argumenti corruit; imo aperte Themati Nobilitatis repugnat. Res sic se habet:

Articuli a Bergiis positi hi sunt:

9. Wahr, auch ein bey denen Stiftern Bamberg und Wirzburg kundiger offenbarer Lehns-Gebrauch und Gewohnheit, auch weit über Menschen Gedächtnuß wohl Herkommens, daß keine Ritter-Lehen denen Stiftern heimfallen, so lang einer des Schild und Helms am Leben.

10. Auch wahr, daß unter denen Ritterlehen in beyden Stiftern, obs alt-vätterliche oder neu erkaufte Lehen, in Erbschaften kein Unterschied gehalten werde.

Responsio Wirceburgensis vero haec est:

Den neunten Articul, so viel Wirzburg belanget, antwortet, den unwahr zu seyn.

Den zehnden Articul, glaubt, so viel den Stift Wirzburg belanget, wahr zu seyn.

Quis non videt, hos articulos non tantum quoad substantiam sed etiam per voculam z) auch ita esse connexos, vt separari nequeant; dum ergo iam ante plus quam ducentos annos Curia Wirceburgensis ad art. 9. illam praetensam Consuetudinem negauit, & in Responsione ad decimum asseruerit inter

z) Besold. Thes. pract. voce *Auch.*

antiqua & feuda noua non diſtingui, ſicque in vtroque Succeſſionem gentilitiam negauerit, haec aſſertio certe nil contra ſed potius pro Wirzburg probat, iam eo tempore de praetenſa hac conſuetudine nihil conſtitiſſe, ſed contrariam potius Iuri communi propriam ſucceſſionem tam in feudis nouis, quam antiquis obtinuiſſe.

§. LVI.

Prouocant porro Vaſalli ad Elogia teſtium in Cauſa Adelsheim contra Capitulum Cathedrale Wirceburgenſe, nec non in Cauſa *Hesberg* contra Caſtell, vbi Nobiles hanc Conſuetudinem Succeſſionis gentilitiae vno ore affirmant; quam probationem eo firmiorem autumant, quod inter Teſtes Conſiliarii Wirceburgenſes & in ſpecie Praepoſitus Feudorum occurrat *a*).

§. LVII.

Animadversio. Infirma haec eſſe, facile erit demonſtratu: nam a) Rotuli teſtium nec vnquam adhuc in forma probante, nec b) integri fuere producti, imo c) quod Curiam Wirceburgenſem attinet, ſolummodo ex nulla fide dignis Conſiliis Klockianis & Gylmanianis ſunt deſumti. d) Teſtium Elogia in Cauſa Adelsheim nequaquam Curiam Epiſcopalem Wirceburgenſem, ſed illam Capituli ſolummodo

---

a) Vid. die Vertheidigung Adj. N. 18. & 22.

modo concernunt, prout & e) ea in Caussa Hesberg Comitatum Castell tangunt, indeque ad nostram quæstionem plane nil conducunt. f) Sit, quod Testes quidem ad actus prouocent, hoc tamen triti iuris est, non allegatione actuum, sed eorum probatione demum consuetudinem aliquam demonstrari, insuper g) plurimi Testium de iure suo praetenso in proprium suum fauorem loquuntur, nullusque h) Literas inuestiturae, ex quibus natura feudi erui posset, adhucdum produxit, sicque semper praesumendum, si verum etiam testes allegent casum, eos de feudis talibus agere, quibus pacto vel gratia speciali gentilitia qualitas fuit annexa, seu die auf alle, so des nemlichen Namen, Helm und Schilds verliehen worden: qualia vtique in Curia Wirceburgensi dari non negatur *b*).

 §. LVIII.

---

b) Sic dum Anno 1471 & 1476. Hildebrandus de Thungen Castrum suum Buchold Episcopatui in feudum offerret, expresse pactus est:

„ Und dabey erkläre ich auch meinen Willen
„ und Meinung, und will auch, daß es mit dem
„ Erbfall selbiges halben Theils mit seinen Zuge-
„ hörungen in nachfolgender Maaß gehalten werden
„ solle: Ob Sach wäre, daß ich ohn männliche
„ Leibs-Lehenbaren Erben mit Todt würde abge-
„ hen, daß der mehrgemeldte halbe Theil mit sei-
„ nen

§. LVIII.

Ne denique Vasalli actibus destituti esse videantur, integram farraginem allegant c), simulque actibus a Curia Wirceburgensi opponunt:

1) Con-

„ nen Zu- und Eingebdrungen soll gefallen auf „ mein nächste männliche Erben des Geschlechts, „ Helms und Schilds von Thüngen ꝛc.

c) Vid. die Vertheidigung p. 121. & seqq. SCHÖPF, de Feud. gentilit. & praesertim Wirceburgensibus, Idem de Feudis Germanicis.

Inter actus potissimum vrgent illum Bibra contra Wirzburg, vi cujus ob probatam hanc Consuetudinem Sententia contra Wirzburg in Camera Imperiali Anno 1687. emanarit: sed si ea, quae iam LVDOLF Symphor. I. 8 actibus Nobilitatis tam in genere, quam in specie opposuit, hic applicemus, verum quidem est, in dicta causa Mandatum de restituendo simul ac paritoriam contra Wirzburg expeditam fuisse; ast cum acta demonstrent, restitutionem non ex capite iuris succedendi, sed ob turbatam possessionem naturalem, consequenter juxta naturam Processus Mandatum in possessorio summariissimo decretum fuisse, facile patet, Consuetudinis huius allegationem Iudicem haud attendisse. quod ex Sententia interlocutoria de 5ta Iulii 1578. demonstratur in verbis:

Wolle und möge Dr. Högeln als substituirter Anwald der Gebühr Rechtens darthun, und erweisen, daß nach Absterben Weyland Henrich von Bibra die Klägere, vor gedachten Herrn Beklagten,

die

1) Concernere feuda noua, nempe quae nondum ad primi acquirentis filios, nepotes & alios posteros masculos descendentes peruenere, & in his primum acquirentem liberam habuisse potestatem, agnatos suos collaterales excludendi, quod praesumendum sit, factum fuisse, si feudum posthabita Successione gentilitia ad dominum redierit:

2) Quodsi vero fuerint antiqua, id saluo Iure fieri non potuisse, inde Vasallis actionem reuocatoriam competiisse, sicque si non reuocarint, sibi quidem, non autem aliis praejudicare potuisse.

3) Quod autem quaedam familiae successionem gentilitiam suis inuestituris inserere expresse curarint, hoc non probare, quasi gentilitia successio non sit regula, sed pro cautela abundante habendum esse.

4) Concernere feuda data auf Leibs lehenbare Erben, in quibus ipsi successionem gentilitiam locum non habere concedunt.

5) Reliquos vero actus, neutiquam esse probatos, non enim productas fuisse Literas inuestitu-

Xxxxxxxxx 4 rae,

---

die Possesion, deren in Actis angezogener adelicher Ansitzens und Schlössern ergriffen, und deren hernach wieder entsetzet worden, daß solches gehöret werden solle. ꝛc.

Qua probatione suscepta & peracta, Paritoria 18. Martii 1681. ex principio, Spoliatum ante omnia esse restituendum, secuta fuit.

rae, neque probatum, quod Collaterales extiterint. Et si etiam

6) Aliqui probati sint actus, eos paucos contra Consuetudinem semel praescriptam nil probare, imo pro vitiosis habendos esse *d*).

§. LIX.

Animadversio. Cum notorii Iuris sit, eum, qui lege clara nititur, ad observantiam legis probandam nequaquam adstringi, sed contrarium allegantem intentionem suam per actus indubios demonstrare debere, sponte sua fluit, ex mera abundantia & sine vlla necessitate Interpretationem vsualem Curiae Wirceburgensis per actus * continuos fuisse stabilitam; praecipue cum ea, quae illis opponuntur, nullam omnino mereantur attentionem, neque aliquo Iuris colore actus Wirceburgenses impugnati sint. Nam quod (ad 1) de distinctione inter feuda antiqua & noua proferunt, ex eo corruit, dum ipsa Nobilitas inter antiqua & noua feuda nullam intercedere, quoad successionem differentiam defendit. Vide §. LIV. Errant, quod (ad 2) facta iniusta

d) Klock Conf. adopt. 80. n. 179.

* Quos actus Jure producit Lvdolph. T. I. Obs. 8 in specie p 214. & seqq. & feuda Gunzendorf, Wideren, Ballenbach, Speckfeld & Birnbach &c. concernunt.

iuſta eſſe dicant, dum ea, quae legis clarae adimplementum conſtituunt, iniqua dici nequeant. Neque Curia Wirceburgenſis (ad 3) neceſſe habet, ad quasdam inueſtituras prouocare, cum Lex ſucceſſionem gentilitiam praetenſam plene reiiciat, ſicque Vaſalli eam praetendentes in quouis Caſu particulari, illam ſibi conceſſam eſſe probare debeant; cum deinde (ad 4) inter voces Mann-Lehen, Mann-lehenbare Erben, Leibs-Lehenbare Erben nec in Lege generali nec in Françonia vlla detur diſtinctio, ſed Synonimia ſint, neque ad 5. & 6. Curiae incumbat Legis obſeruantiam probare, ſed contrarium ſpectet ad Vaſallos, pro Lege allegatisque actibus tamdiu firma ſtabit praeſumtio, vſque dum Nobilitas Vaſallitica contrarium euidenter probauerit.

§. LX.

Quod actus ab aduerſo producti non praeſtant, nam probari debuiſſet, actus hos eſſe a) continuos b) non interruptos c) vniformes d) & a parte Curiae ex neceſſitate geſtos, quae Requiſita omnia deficiunt. Supponamus contra rei veritatem, actus, prouti referuntur, eſſe geſtos, & ad Theſin contentioſam plane quadrantes, vbi continuitas? Taceo, quod in quibusdam inueſtituris ſucceſſio gentilitia ſit in pactum deducta, reliqui omnes autem, ſi qui ſint, gratia nituntur Principali, omnique ſpecie neceſſi-

cessitatis sunt destituti; quod ex eo patet, dum quandocunque id fieri debere in Iudicio contenderat Vasallus, semper per sententiam eius desiderium reiectum, & legis vigor conseruatus fuit.

§. LXI.

Neque Logomachia, qua Vasalli vtuntur, hic aliquid operatur; asserunt enim, quod consuetudo, in qua se fundant agnati a primo acquirente non descendentes, non sit dispositiua, sed tantum interpretatiua, qua Lex noua non inducitur, sed prima tantum Inuestitura, interpretationem recipit, sicque neutiquam tam exactam desiderare probationem. Sed quaeso! annon haec asserta consuetudo faceret legem, sicque Ius Feudale certum tolleret? cur ergo non eandem requirat probationem, imo maiorem, quo odiosior est consuetudo contra legem dispositiuam. Manet ergo pro Coronide certa Conclvsio & Thesis.

Consuetudo Successionem gentilitiam in feudis Wirceburgensibus fundans ad Non Entia referenda est.

SEC-

SECTIO I.

OPVSCVLVM L.

IOS. MAR. SCHNEIDT &c.

OBSERVATIONES *

AD

PRÆCEDENTEM DISSERTATIONEM DE SVCCESSIONE GENTILITIA FEVDALI.

OBSERVATIO I. AD §. XLIX.

Documentum hic allegatum, quod vulgo der runde Vertrag appellatur, integraliter invenitur in hujus Thesauri Sect. II. Opusc. XXXIV. p. 728. ad quod etiam Schöpfius in saepius allegata Dissertatione de feudis Franconicis Herbipolensibus §. 16. provocat: Ex qua Transactione, inquit, simul alia jura allodialitatis (feudorum Herbipolensium) luculenter apparent. Tenor ejus (scilicet §. 10.) hic est:

Wir Johannes Bischoffe obgenannt, für uns und unsere Nachkommen und Stifft, sollen und wollen,

* Ne filum Dissertationis interrumpatur, has observationes separatim annectere placuit.

len, einem jegliken Grafen, Herrn, Ritter, Knecht und Rittermäßigen Mann, uff sein Mannlehen, die er von uns und unsern Stifft hat, ihren Weibern und Töchtern Bekanntnuß thuen, doch daß die Lehen alle wege, des dritten Theils besser seyn sollen, dann darauff bekand würde, desgleichen sollen und wollen wir, sie ihren Weibern und Töchtern auff Landschafft die sie von uns und unserem Stift hätten, Verschreibung thuen, solches willigen, ohne Einrede. Und ob auch einer von Nothwegen sein Lehn versetzen oder verkauffen wird, seinem Genossen, das soll auch bewilliget, und darauff erkannt werden, In obgeschriebener Maße ohn Gefehrde.

„ Vasalli ergo Nobilitatis immediatæ franconicæ feudum, nisi aperturæ sit vicinum, sine consensu Domini alienare, ære alieno, ad quod exsolvendum Dominus usque ad duas partes obligatur, afficere, & tantum quoque filiabus ratione Dotis, nec non Viduis ratione Datalitii, quamvis Domino obvenisset, assignare possunt.“

Miror Schœpfium acerrimum Libertatis Nobilium defensorem hoc Instrumento uti voluisse in probanda successione gentilitia.

I. Enim ad eam nec in minimo confert.

II. Scire debuisset, has Literas gratiales turbulentissimis datas temporibus ad effectum nunquam per-

pervenisse, sicque reversales a Nobilitate datas haud fuisse. FRISEVS apud LVDW. p. 820. ita refert. c. 29. Wie Bischoff Johannes seiner Ritterschafft einen Gnaden Brieff gab, den man noch heutiges Tags den Ritterlichen Vertrag nennet.

Bischoff Johannes, der zu Erlangung seines Vorhabens gern Hülfe gehabt hätte, ließ sich überreden; dergleichen thät auch das Dom-Capitel, damit sie doch von dieser Kriegs-Rüstung, Kostung und Verletzung wieder loß zur Ruhe kommen möchten, und gaben der Ritterschafft folgende Verschreibung. *

Diesen Brieff empfingen der Ritterschafft Gesandten mit Dancksagung, Lob und Ruhm, und sagten Bischoff Johannessen und seinem Kapittel zu, daß sie denselben gemeiner Ritterschafft überantworten, und dran seyn wollten, daß jeztgenanntem Bischoff Johannessen und seinem Stifft dargegen von gemeiner Ritterschafft ein Revers übergeben werde. Das soll aber noch geschehen.

III. In hoc Documento integra Nobilitas Franconica se Principi, ejusque Judiciis Ecclesiasticis & profanis, Landgericht, Bruckengericht, Centgericht plenarie subjectis declaravit, quos tamen SCHÖPFIUS §. XIV. plane exemtos fuisse fingit. Licet autem

IV.

* Hic sequitur Contextus Instrumenti.

IV. Robur aliquod huic Instrumento inesse supponamus, id tamen per mox subsequas contraventiones Nobilitatis amisit, licet enim in Recessu de 1470. 27. Apr. inter Nobiles solos confecto ad Literas gratiales de 1461. datas expresse provocetur, ibique Dux Franconiæ & Episcopus Wirceburgensis Unser gnädiger Herr von Wirzburg, unser Landsfürst vocetur, & de novo subjectio illius Judiciis von seinen ordentlichen Gerichten appromittatur, * nihilominus ex post Nobiles se non tantum plane subtrahere, sed & cum aliis Ducatui infensis, Tractatus sociales inire præsumsere, imo & se plane immediatos dicere, ac desuper Privilegia impetrare, sibi consultum duxere; hinc erat, quod subsequis temporibus, ad has Literas Gratiales, amplius recurrere noluerint, sed potius illas pro non acceptatis declararint.

OBSERVATIO II. AD §. L.

Præter hoc Documentum de 23. Martii 1565. Schöpfius & supra allegata Vertheidigung, aliud recentius producunt, qui §. XV. Diss. sic ratiocinatur:

„ Paulo post cum Nobilitas immediata adhuc ulterius instaret & conquereretur, Episcopus Herbipolensis hanc notabilem expressionem hisce formalibus

* Vide apud Lunig Reichs-Archiv P. Spec. Cont. III. unter der Ritterschafft p. 299.

bus repetiit & confirmavit. Welcher Gestalt die Ritterschafften vor andern Lehnsherrn, solcher Ehren und Würden, Nutzen und Wohlfarth, noch auch einiger Bekanntnüssen oder Bewilligung, ja auch der Anwärt, oder Erbfäll auf die Lehn-Güttern, so lang eines jeden Geschlechts Stamm und Nahmen währet, auch anderer mehr Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten, als wie bey diesem löblichen Stifft, im wenigsten sich zu getrösten, und zu erfreuen hätten. Quæ Documenta, tanquam gemmæ pretiosæ in Archivo Equestri suis veris atque illæsis Originalibus asservantur. „

Ad vim argumenti penitius eruendam, integrum Extractum, quem SCHÖPFIUS p. 168. adjecit, & ex Deductione Nobilitatis, sub Nomine der Vertheidigung p. 230. desumsit, hic subjungo.

Extractus quoad Passum concernentem aus der von Weyl. Ihro Hochfürstl. Gnad. Herrn Bischoff Friederich zu Wirzburg und dasigen Hochwürdigen Dhomb Capitul auf das fernet weite Anbringen der Ritterschafftlichen Deputatorum bey der in Anno 1565. zu Würzburg vorgewesten Conferenz ertheilten Gegen-Erklährung.

Daß auch die von der Ritterschafft, so vom Stifft keine Lehen haben, sich darumen von den Stiffts Lehenleuthen nicht absöndern, oder sich hierinn ichtes beschwehren wollen, in sonderlicher Erwegung, daß dieser löbl.

Stifft

Stifft auf die Ritterschafft in gemein gewitumbt, daß sich auch die unbelehnte (deren Kinder sowohl, als der andere darauf genommen und beneficirt werden) sowohl und nicht weniger, als die Belehnten aller Ehren, Würden, Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten, Wohlfarth, Gedeyhens und Aufnehmens, welches alles gemeiner Ritterschafft, ihrer aller Voreltern bey diesem Stifft löblich und rühmlich herbracht, auch mit Darstreckung ihres Guts und Bluts so lange unvordenkliche Jahr erhalten, zu erfreuen und zu tröſten haben. Dabey gemeine Ritterschafft insonderheit wohl bedenken, und berathen wollen, daß sie bey und unter andern Lehensherrschafften für sich selbsten auch alle ihre Unterthanen, nicht allein Schatzung, Anlagen, Trank-Steuern, und andern dergleichen Beschwehrnüssen geben und reichen, sundter auch mit täglichen Diensten, worzu sie nur gemahnet und gefodert werden, stetigst gewärtig seyn müssen.

Da aber hierigen Sie von der Ritterschafft solcher Ehren und Würden, Nutzens und Wohlfarth noch auch einiger Bekanntnussen oder Bewilligungen, ja auch der Anerwart oder Erbfall uf den Lehen Güthern, so lang eines jeden Geschlechts Stammen und Nahmen währet, auch anderer mehr Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten und greifflicher Wohlthaten, als wie bey diesem löbl. Stifft im wenigsten nicht zu getrösten, noch zu erfreuen haben.

Sequi-

Sequitur Vidimus.

Daß hievor stehender Extractus mit der von Herrn Hauptmann, Räthen und Ausschuß der ohnmittelbahren Reichs Ritterschafft in Franken Orts Ottenwald durch eigens abgeschickten ihren Secretarium Georg Philipp Renger auf Churfürstl. Maynzischer Canzley vorgelegten — nach Ausweiß der alten Schrifft vor diesem in ein *convolut* copeylich zusammen geschriebener, und dessen Anzeig nach, in dasigem Archiv bishero aufbehaltener Nachrichtung ganz gleichstimmend *respective* befunden, und vermittels einiger geringen *Correcturen* eingerichtet worden; ein solches wird auf beschehene gebührende Requisition vermittels S. sede moguntina nunc vacante mit eines Hochwürdigen Dhomb Capituls als der Zeit Erb Regenten hier aufgedruckten Insiegels, dabenebens von denen so dazu befehlcht worden sub fide jurata durch eigenhändige ihre Unterschrifft und beygedruckte Signet beuhrkundet. So geschehen Maynz den 2ten May 1732.

Superius ergo positum Argumentum Schöpfius convincens esse autumat ad probandam successionem gentilitiam, sed si considerem I. gratis asseri, repetitam hanc Declarationem ab Episcopo datam, cum neque ulterior Nobilitatis Instantia, neque putativa Resolutio hactenus, nec in extenso, nec in Originali fuerit producta, imo II. gravissima ideo laborat su-

 spicio-

ſpicione, quia Vidimus Capituli metropolitici Moguntini clare teſtatur:

Daß hievorſtehender Extractus mit der — — vorgelegten nach Ausweiß der alten Schrifft vor dieſem in ein Convolut copeylich zuſammen geſchriebener, und deſſen Anzeig nach, in daſigem Archiv bishero aufbehaltener Nachrichtung ganz gleichſtimmend reſpective befunden, und vermittels einiger geringen *Correcturen* eingerichtet worden.

Nec Originale, nec Copiam aliquam authenticam, ſed ex raphſodica quadam Collectione Laciniam quandam eſſe productam. Accedit III. dictum Documentum omni carere dato, & tantum Rubro ideali omni probationis vi deſtituto, annum 1565. eſſe adjectum. Sed & IV. Totus Contextus valde parodoxus eſt, quod enim de Nobilibus multa feuda ab Epiſcopo habentibus refert, ad rem præſentem omnino haud ſpectat, ſed ſi V. omnia gratis concedantur, hunc haberet ſenſum, Principem ſcilicet aſſeverare, quodſi forſan Nobiles modo nullum ab Epiſcopatu habentes feudum, forſan aliquod feudum antiquum, per Emtionem, aut alio modo cum Conſenſu Domini directi aquirant, & de tali inveſtiantur, quod tunc ad Emtoris legitimos feudales ſucceſſores ita tranſeat, ut, ſicuti prius erat penes Venditorem, ita & nunc ad Emtorem & ab eo deſcendentes

tes hæredes transeat, sicque tale feudum emtum non pro novo, sed antiquo feudo habendum esse, quæ omnia Thesin nostram magis confirmant, quam infringunt; prouti & hæc explicatio cum priori Resolutione de 23. Martii 1565. plane concordat, ubi de feudis emtis solummodo sermonem esse patet.

OBSERVATIO III.

SCHÖPFIVS in sæpius allegata Dissertatione Cap. I § 6. sic scribit: „ Bona quæ hodie Principes Hennebergici ab Episcopo Herbipolensi, Aeistædensi nec non Abbate Fuldensi nexu feudali tenent, ex nimia devotione fuisse oblata, quis, quæso, dubitat? Cum itaque antiqua devotio, vel potius superstitio, hoc errore communi majores nostros deceperit, mirum non est, nobiles nostros immediatos libera sua allodia Antistitibus ultro in Ius clientelæ & protectionis obtulisse, idque publica Reverendissimorum horum Antistitum Testimonia perspicue docent: quorum quidem Testem non mediocrem, sed gravissimum Joannem Episcopum Herbipolensem ipsum producere possum. In transactione enim inter illum cum Decano & Capitulo, & Nobilitatem Franconiæ anno 1461. die S. Galli inita, expressis id testatur verbis, hisce formalibus: Wir bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Brief, gegen allmänniglich, für uns und alle unsere Nachkommen Bischöffe und Capitul, daß

wir angesehen und betrachtet haben, solch willige Dienste, welche die Wohlgebohrne und Veste Graffen, Herrn, Ritter und Knechte unsers Stiffts oft und viel gethan, und ihres Leibes und Guths ohnerspahrt, bey unsern Vorfahren, und uns getreulich beygesetzt haben, und hinfühxo ohne Zweiffel thun werden 2c. Vid. Lorenz Fries Wurzb. Histor. p. 830. quem vero magis idoneum, quam ipsum Ducem Franconiæ, testem quærimus? „ Quod de Hennebergicis affert, aperte falsum. An enim ignorat, Comites Hennebergicos, Advocatos fuisse Wirceburgenses, & sub Nomine Comitum, Comitum urbanorum, Præfectorum, in Documentis frequentissime occurrere. An nescit, Advocatos ab Ecclesiis insignia accepisse Jura, atque integra Castra, Oppida &c. eis assignata fuisse. An dubitat, quod hæc bona expost nexu feudali obtinuerint, imo & sæpe sibi contra Jus arrogarint, & sub Officio Mareschalli hæreditarii Episcopatus compareant. An legit Documentum, quod exhibet Höhn, *a*) in quo Hermannus Comes de Henneberg A. 1259. promittit, se in posterum nullas amplius exactiones Titulo Advocatiæ facturum. Legat ergo Frisium *b*) cujus Verba hæc sunt: Wie Graf Bopp von Henneberg dem Stifft etliche Dörffer zu lehen hat machen müssen.

Graf

a) Sachsen-Coburgische Historie L. 2. p. 22.

b) Apud Ludwig p. 556.

Graf Bopp von Henneberg, und sein Sohn Heinrich haben dieß 1230. Jahr, Bischoff Herrmann und seinem Stifft etlicher Schäden halber ihnen zugefügt, das Schloß Lauterburg, und die Dörffer Schwergertsdorff, Plesten, Borfeldt, Uttenheim, Krausenheim, Gumprechtshausen, Albingshausen, Hestelhorn und Volckershausen, mit sampter Hand zu lehen machen müssen, am 7ten Tag des Herbstmonaths, Es sind aber beede Theil erst hernach in dem Mayen des 1232. Jahres, durch Hertzog Otten von Meran zu Laure endlich vertragen worden.

Nachdem ich aber in den Verträgen, Brieffen und andern schrifftlichen Urkunden, so bey diesem Bischoff Herrmann und seinem nähern Vorfahren Bischoff Dietrichen und auch furter ufgericht sind, nicht finden mögen, daß der Grafen von Henneberg als des Stiffts Vögte mehr gedacht wird, wie hievor schier bis in die 200. Jahr allwegen beschehen, halte ich, dazumahl dem gemeldten Grafen die Vogtey über den Stifft samt den Voigtrechten und Gerechtigkeiten, wieder genommen, und entzogen worden sey. Doch hat Graf Johannes von Henneberg das Marschalls Amt des Stiffts und das Burggrafthum zu Wirzburg, von Bischoff Albrecht von Hohenlohe gebohren, zu Lehen empfangen, am andern nach S. Bonifacien Tag und Christi Geburt 1348. und ihme Bischoff Albrechten unter seinem Siegel einen

Revers übergeben, darinn er bekennet, daß er die gantze Grafschafft Henneberg, als ein Zugehör des Marschalls Amts, zu Lehen empfangen habe. Es scheint ihm auch nicht fast ungleich zu seyn, daß obgemeldter Graf Bopp darum gegen Bischoff Herrmann zu Vehden kommen, den Stifft beschädigt, und zuletzt wie oblaut, Vertrag erlangt habe, doch weiß ich hierinnen nichts gewisses anzuzeigen. Es ist aber bey diesem Vertrag nicht blieben, sondern seynd zwischen beyden Theilen andere Irrung entstanden, deren sie folgends von Hertzog Otten von Meran, zum Theil auf acht Mann verfast, zum Theil endlich vertragen, und unter andern auch abgeredt worden: Nachdem Graf Bopp neben dem Schloß Callenberg, so er vom Reich zu Lehen trug, noch zwey Sitzlein oder Häußlein gebauet hatte, und aber Bischoff Herrmann meint, daß solches ihm und seinem Stifft an ihren habenden Freyheiten zuwieder fürgenommen, daß darum Bischoff Hermann gänzlich heimgestellt, und Macht gegeben seyn solte, die Häuser alle drey zu Grund abzubrechen, oder allein die zwey Neue: wollte er aber bewilligen, daß das Alte stehen bliebe, solte dasselbige zum halben Theil des Stiffts Wirzburg seyn, auch er Graf Bopp des von König als dem Lehen-Herrn Bewilligung ausbringen. Diese Richtigung ist geschehen zu Laure, am S. Barbaren Tag, im 1232 Jahr.

Ex quibus facile concludere poterit, feuda Hennebergica esse partim data, & Officio Ma-

reschallatus annexa, partim vero feuda pœnæ, neutiquam vero oblata. Alterum, dum ex verbis Leibs und Guths, Oblationem eruere studet, contorta est explicatio, cum nil aliud significet, quam Nobiles servitia sua militaria seu feudalia & corpore, & propriis sumptibus præstitisse.

OBSERVATIO IV.

Schöphius §. VII. ait: „ Exempli causa ponamus: Comites Wertheimenses in Franconia, qui ne ab Episcopis vicinis opprimerentur, sed potius contra vim eorum defenderentur, Regi Bohemiæ Carolo IV. anno 1361. arcem & Civitatem Wertheimensem pro aliquot mille Hallensium libris (Heller) obtulerunt, & in feudum recognoverunt, ut litteris oblationum expresse insertum; Daß Sie, die Könige in Böheim, die Grafen und Graffschafft Wertheim zu ihren Rechten wieder männiglich zu betretten und zu beschirmen schuldig seyn sollen."

Quo probare nititur, Comites, & multo magis Nobiles ab Episcopis saepius oppressos fuisse. Negari nequit Comites Wertheimenses Castrum Wertheim Regi Bohemiæ in feudum obtulisse, ast hoc facto Jura Wirceburgensia feudalia læsa fuisse, clare deduxit Episcopus Julius c). Ibi ad Artic. XXV. & XXVI. qui sic habent:

c) In seinem Bericht, qui anno 1767. nouiter in folio est impressus pag 97. & 115.

„XXV. Item wahr, daß die Graffschafft Wertheim in fünf unterschiedliche Ambt, als nemlich das Haupt Wertheim, zum andern Freudenberg, zum dritten Remlingen, zum vierten Schweinberg, zum fünften Lautenbach abgetheilt.

XXVI. Item darunter Schloß und Stadt Wertheim, Böhmisch-Schloß, und Stadt Freudenberg, Schloß Lautenbach, und Amt Schweinberg Würzburgische Lehen.

Respondet Episcopus: Was allhier von der Lehenschäfft, Schloß und Stadt Wertheim gesetzt, ist eatenus wahr, daß dieselbe Schloß und Stadt Anno 1303. bey Bischoff Andresen, durch weyland Conraden von Boxberg als Trägere dreyer Rudolphen Gebrüder, Weyland Graf Rudolphen zu Wertheim Söhne, vor des Stiffts Würzburgs Lehen empfangen, also von Graf Rudolphen einen aus den Brüdern Anno 1309. bey obgesagtem, und 1312. bey Bischoff Wolffrahm, wie nit weniger Anno 1317. bey Bischoff Gottfrieden von Hohenlohe recognoscirt, hernacher aber von Graf Eberharden allererst Kaiser Carle den Vierten, und der Cron Böheim von Neuem verherret worden, quo jure, quave injuria? judicabit posteritas.“

Ad cnjus confirmationem subjungitur *d*) sequens Documentum.

Wir

---

d) p. 115.

„Wir Erhard von Gottes Gnaden, Abbt zu St. Stephan zu Wirzburg, St. Benedicten Ordens, thun kund an diesem Brieff allen, die diesen Brieff sehen, oder hören lesen, daß uns uf heut Datum dies Brieff, von wegen des Hochwürdigen Fürsten, unsers Gnädigen Herrn, Herrn Johannsen, Bischoffs zu Wirzburg, etliche seiner Vorfahren Bischoffen seeligen, und seines Stiffts Lehenbücher, die dann an allen seinen, und seines Stiffts Gerichten, und Rechten im Lande, und Herzogthum zu Francken, mächtig und kräfftig getheilt werden, vorgetragen worden, und von seinetwegen gebetten seyn, ihm etliche Verzeichnuß aus denselben Lehenbüchern ein Vidimus, und Transsumpt, unter unserm Insiegel zu geben, dieselben Verzeichnuß, wie die in den vorgenannten Lehenbüchern verzeichnet stehen, wir in einer guten alten, und unversehrten Schrifft gesehen haben, als die dann eigentlichen von Worten zu Worten hernach geschrieben stehen; als bekennen obgenannter Abbt mit diesem Brief gehn allermänniglichen, daß wir solche obgeschriebene Lehenbücher gesehen, und diese hernach geschriebene Verzeichnuß darinn redlichen geschrieben, gelesen haben, und mit Nahmen stehet geschrieben

In des Ehrwürdigen Herrn, Herrn Endresen etwann Bischoffs zu Wirzburg seeligen Lehenbuch, das sich anhebt, in Vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini M. CCC. IV. Divus Conradus

radus nobilis de Boxberg recepit ad portandum Rudolpho, Rudolpho & Rudolpho fratribus, filiis Domini Rudolphi Comitis de Wertheim, *Castrum*, *& opidum VVertheim*, item Medietatem Castri Lautenbach, cum suis pertinentiis. Item in des Ehrwürdigen Herrn, Herrn Gottfrieden, etwann Bischoff zu Würzburg seeligen Lehenbücher, stehet geschrieben. Item Rudolphus Comes de Wertheim, tenet officium Cameratus Episcopatus Herbipolensis cum suis pertinentiis. Item *Castrum in Wertheim.* Item Castrum in opido Freudenberg, & sylvam adjacentem. Item Castrum Lautenbach. Item jus Patronatus in Richolzheim. Item decimas circa Wertheim, & in villis adjacentibus. Item *jurisdictionem Centæ in Wertheim* & Centæ in Remlingen. Item in des Ehrwürdigen Herrn, Herrn Wolfframs, etwann Bischoffs zu Wirzburg seeligen Lehenbuch, stehet geschrieben also. Item Rudolphus Comes de Wertheim tenet officium Cameratus Episcopatus Herbipolensis, cum suis pertinentiis, *Item Castrum Wertheim* cum opido Freudenberg cum sylva adjacente. Item Castrum Lautenbach, Item Ius Patronatus in Richolzheim. Item decimas circa opidum Wertheim, & in Villis adjacentibus. Item *Jurisdictionem Centæ in VVertheim* & Centæ in Remlingen. Actum Anno Domini CCC XXII.

Und

Und daß wir obgeschriebener Gerhard Abbt zu St. Stephan, zu Würzburg, die obgeschriebenen Lehenbüchern also, als obgeschrieben stehet, gesehen, und gelesen haben, des haben wir zu Urkund, und Gezeugnuß unser Insiegel an diesen Brieff gehangen, am Sonntag, als man in der heiligen Kirchen singet. Invocavit Anno Domini M. CCCC. XXIV.

OBSERVATIO V.

Eodem §. 7. SCHÖPFIVS iterum Episcopatui dicam scribit, in verbis; „ Item de Comitatu Castel satis notum atque cognitum est, ejus nimirum Comites non solum multas portiones de Comitatu decerptas pietatis Zelo Antistitibus Ecclesiasticis obtulisse, sed etiam eo variis ex causis fuisse coactos: cum enim LVDOVICVS Comes partem suam civitatis Schuarzacensis Episcopatui Wirceburg. titulo emtionis venditionis cederet, RVPRECHTVS Comes, reliquam adhuc tenens partem, variis moliminibus ab Episcopo Herbipolensi vexatus, ad arma processit, & ira commotus, totam Civitatem Schwarzach funditus delevit Qua de re, cum Pontifex demum fulmina banni in eum ejacularet, eo demum adactus est, ut suasu LVDOVICI, Ducis Bavariae, sequentem iniret transactionem:

Daß Graf Ruprecht hinführo dem Bischoff und seinem Stifft Würzburg die Stadt und Kloster Schwarzach, dann das Dorff Gerlachshausen, frey

und

und ungehindert zu eigen folgen lassen, und gemeldten Bischoff Herrmann für die zugefügte Schäden, das Schloß Hallburg, desgleichen die Vogthey auff den Dörffern Schönbach, Laub, Rempelsdorff, Ostheim, Orten, Hausen, Diembach, Streitbach, Eichfeld, Northeim und Volkach, mit allen ihren Einkommen und Zugehörung, aufgeben und hernach wiederum zu Lehn empfangen sollten. Quod etiam ita anno 1230. die 2. Jan. effectum est."

Hæc ex Friseo e) hausit, id tamen, quod de banno addit, ex suo confinxit cerebro, cum tota hæc historia nil aliud demonstret, quam quod feuda dicta sint feuda poenae, nequaquam oblata, aut extorta, prout & de aliis feudis Castellensibus aperte patet, eorum Dominium utile titulo oneroso esse aquisitum f).

e) p. 555. C. 7.
f) Vide Frisium p. 817. C. II.

SEC-

SECTIO I.

OPVSCVLVM LI.

JOH. FRIDR. L. B. DE STEIN AB ALTENSTEIN, IMMEDIATAE NOBILITATIS FRANCONICAE EQVITIS

EPISTOLA*

DE ALIQVOT

FEVDORVM HERPIPOLENSIVM SINGVLARIBVS.

Si ad originem feudorum Herbipolensium respicimus, ea sicut reliqua feuda ecclesiastica esse oblata invenimus. Brevitatis & instituti ratione motus, nixusque potius Hertii a) Thvmmermvthii b) Böhmeri

* Typis exscripta est haec Epistola Lipsiae A. R. S. 1736. quum illustrissimus Ludovicus Siegfridus Comes Vice Dominus ab Eckstaedt de feudis ligiis docte, argute atque eleganter disputaret. Ipsa Epistola luculentissimum testimonium perhibet, perillustrem Steinivm in Academia Lipsiensi plus olei, quam vini, consumsisse. Ita Jenichen in Thesauro Juris feudalis, cui hanc Orationem P. III. pag. 946. inseruit.

a) Dissert. de feud. oblat. Part. I. §. 5.

b) Tract. Krumbstab. Schleüßt Niemand aus. Fund. II.

MERI c) teſtimoniis, qui illuſtres eruditione viri feuda noſtra hodierna eccleſiaſtica in genere eſſe oblata ſatis probaſſe mihi videntur, praetereo, quae ad veritatem hanc probandam faciunt argumenta. Nuperrime inſuper SCHÖPFIVS d) diſſertatione doctiſſima hoc de feudis franconicis præcipue vero Herbipolenſibus, ſolide demonſtrando haud exiguam ſibi peperit laudem *. Oblatio vero haec ex variis cauſis variisque modis facta adparet. Quidam enim eo intuitu, tempore interregni, quum in Germania bellum omnium adverſus omnes eſſet conflatum, ut contra injuſtam defenderentur vim, quam defenſionem non ignorabant a Domino directo Vaſallo eſſe praeſtandam, allodia, quae poſſidebant bona, in feuda obtulerunt e), & pro Sacrorum illius aevi habitu, quum magis homines excommunicationis fulmina, quam ſtrictos timerent gladios, plures eorum, quibus dominium directum agnoſcere conſtitutum erat, in Epiſcopatuum jura, ſub quorum praeſidio optime vivitur f), ſe conferre maluerunt,

c) Diſſ de feudis eccleſiaſt. Cap. I. de Orig. feud.

d) Diſſ. de feudis francon. imprimis Herbipolenſibus Cap. I.

* Ad hanc Diſſertationem SCHÖPFII vide Opuſcula duo mox praecedentia ſub N. IL. & L.

e) Thomaſi. de Feudis obl C. I. §. 2.

f) Unde proverbium: Unter dem Krummſtab iſt gut wohnen, de quo KRESS. Diſſ. ſub eodem titulo.

runt, quam ſeculo addicto aut nulli ſubeſſe Principi. Bona multi libera & allodialia pro exiguo afferebant pretio g). Non pauci nimio religionis fervore commoti, & ſibi perſuadentes, ſe bonum perfectumque egiſſe opus, ſi eccleſiae in bonis nemini ſubjectis directum concederent dominium, ſe ſuaque vinculo feudali eccleſiae dabant h). Sunt inſuper quidam vaſalli, quos ab epiſcopatu Herbipolenſi ad bona allodialia in feudum offerenda coactos legimus i). Sunt, quibus bona allodialia ablata & poſtea ex

g) e. g. Comes a Reichenbach & Dominus ab Entſehe vid. Lorenz Friese Geſchichte der Biſchöfe von Wirzburg in vita Hermanni *.

* Eo tempore modicum pretium reſpectu noſtrorum temporum, magnum fuiſſe, omnes hiſtoriae, rerumque pretia demonſtrant.

h) e. g. Comites ab Limburg Speckfeldt. Act. Limburg. it. bona, quae hodie Principes Hennebergici ab Epiſcopo Herbipolenſi nexu feudali tenent, ex nimia devotione eſſe oblata conſtat. Schöpf. cit. Diſſ. §. 6. *

* Confer. Opuſculum praecedens Obſervat. III

i) Lorenz Friese c. l. verb. Graf Popp von Henneberg und ſein Sohn Heinrich haben dieß 1230 Jahr, Biſchof Hermann und ſeinem Stift etliche Schäden halber ihnen zugefügt, das Schloß Lauterburg, und die Dörfer Schwerddersdorff, Pleſten, Bartfeld, Uttenheim, Krauſenheim, Gumprechtshauſen, Albingshauſen, Gerſtenhorn und Volckerhauſen mit ſamter

ex parte ſub vinculo feudali reſtitura invenimus. *k*) Hac itaque ratione & modo feudalis Herbipolenſis Curia ad tantum provecta eſt ſplendorem *l*); quo haud minima ex parte illuſtrior redditur Epiſcopatus.

Inte-

ſamter Hand zu Lehn machen müſſen, am 7ten Tag des Herbſt Monats *.

* Feuda haec ſunt feuda poenae, & cum Epiſcopus bona ſimpliciter pro reſarcitione damnorum retinere potuiſſet, gratiae dandum, quod bona reſtituta, nexui tantum feudali obligata eſſe voluerit.

k) Illuſtri nobis eſt exemplo comes Ruprecht ab Caſtel *, de quo Lorenz Frieſe c. l. Idem accidit propriae meae genti, cui epiſcopus Iringus praedium avitum Altenſtein eripuerat interfectis omnibus ex familia ſuperſtitibus, duobus tantum exceptis, qui militiam ſequuti erant, & quibus poſtea armata manu ſua recuperare tentantibus praedium Altenſtein nexu feudali reſtitutum eſt d. Aut. eod. Libr. in vita Euringi *.

* Conf. Opuſ. L. Obſ. V.

* Hiſtoriam hanc, ſed tantum ex relatione perſonarum poſt 200. annos viventium, refert quidem p. 573. Frisevs, ſed addit, in documentis ſe nihil inveniſſe: cui adſtipulatur Monumentum ignoti authoris, ibidem productum, quod addit, Hiſtoriam mox de Epiſcopo Iringo, mox de Conrado referri.

l) Vid. Deſignatio Familiarum illuſtrium, quae feuda ab Epiſcopatu agnoſcunt Herbipolenſi in Jo. Petri de Ludewig, Praef. ad Scriptores Herbipolenſes ex Widemanni Chron. manuſcripto.

Interea communem legum feudalium rigorem agnoscere negantes, quam plurima in ejusmodi feudis pristinae quasi libertatis rudera solliciti sibi retinuere Vasalli. Primum ex his praerogativis sibi vindicat locum ea, quae Dominum directum, ad consensum in feudi alienationem casu necessitatis vasallum urgente, concedendum obstringit. Altera priori non est minor, qua Dominus Directus ad dotem & dotalitium filiarum viduarumque duas feudi tertias concedere tenetur. Quod utrumque in transactione de anno 1461. a Praesule Herbipolensi Joanne, cum Vasallis ad curiam ejus feudalem pertinentibus inita legimus confirmatum *. Posterius quidem Wehnerus **, rerum & consuetudinum franconicarum peritissimus, ob identitatem rationis in casu inopiae ad neptes extendere conatus est m). Verum

* Hoc Instrumentum nullius esse roboris, vid. Opusc. I. Obs. I. p. 3161.

** Authoritatem Wehneri quod concernit, vide Opusc. II. §. 47. p. 3138.

m) Cons. franc. 83. verb. Wiewohl ich dafür, daß in casu inopiae per identitatem rationis solche Bewilligung wohl auch auf die Töchterlein zu ziehen, und in Rechten zu halten wäre, consideratis mente vasallorum qui ejusmodi transactionem inierunt; denn diese Bewilligung vornehmlich und principaliter dahin gemeinet, damit in Mangel eigener Güter die Töch-

rum quum haec dispositio magis privilegii naturam, quod strictae solet esse interpretationis, sequi videatur, utrum identitas rationis hoc casu sufficiat, in dubio relinquitur. In Successione feudali Episcopatus hujus vasalli ita convenerunt, ut non tantum primi acquirentis descendentes, sed agnati quoque transversales, quamdiu adsunt ejusdem familiae & nominis, qui eodem clypeo & galea utuntur, die gleiches Stammes und Nahmens, Schild und Helms sind, *n*) ad Successionem in feudo admitterentur *o*).

Quod

ter von dem Lehn, Schmuck, Kleidung und Ehegeld ihrem Stande und Herkommen nach können dotiret, und ersetzlich ausgesteuret, auch die Weiber was Zubringens und Gegengelds versichert werden.

n) In literis investiturae plerumque adduci solent verba v. g. in illis ab Episcopo Julio Familiae ab Altenstein concessis über die bebauete Kemnaten innerhalb der Ring Mauer des Schlosses Altenstein: Wir Julius von Gottes Gnaden, Bischoff zu Wirzburg und Herzog zu Francken, bekennen öffentlich mit diesen Brief und thun kund allermänniglichen, daß Wir dem Vesten unsern lieben getreuen Georg Friederichen und Claus Ludwigen von Stein zum Altenstein, Weyland Seyfrieden von Stein zum Altenstein nachgelassenen Söhnen, und allen ihren Mann-Lehnsbaren Erben, Stammes und Nahmens, Schild und Helms, folgende Lehn-Stück zu rechten Mann-Lehn verliehen haben rc.

o) De hocce succedendi modo a tempore Episcopi Juli

inter

Quod itaque ad ipsum attinet effectum inter feuda nova & antiqua in curia feudali Herbipolensi nulla fere adesse potest differentia *p*). Non minimum quoque singularium est, quod cum alias Domino Directo jus congrui in feudis *competere soleat, Episcopatum illud aliquando exercuisse nusquam legimus **. Propterea si interdum ob feloniam feudum apertum ex gratia Descendentibus restitutum fuit, expressis verbis jure agnatorum salvo, memoratum jus sibi stipulatus est Episcopatus *q*) ***.

Circa servitia insuper feudalia inter nobiles immediatos eorumque Dominos directos diu in controversiam vocatum scimus, an tempore belli imperii Vasalli, qui bona immediata, quae possident, ab

Zzzzzzzz 2 alio

inter Episcopatum & Vasallos lis mota adhuc indecisa manet. Klockii Relat. V. it. Schoepf. d. diss. *

* Conf. Opusc. II.

p) Wehnervs cit. libr. Conf. 93.

** Id tamen legibus & judicatis corroboratum est, feuda aperta mensae incorporata, & agnatis a primo aquirente haud descendentibus collata non fuisse; quod sane plus est, quam Ius congrui, utpote quod alienationem praesupponit in extraneum, quae sine Consensu Domini directi nulla est, & saepe causam feloniae constituere potest.

q) Wehnerus lib. cit. eodem.

*** Fallitur hic Wehnerus: Felonia enim juxta notoria iura feudalia agnatis innocentibus haud praeiudicat, sicque eiusmodi reservatio est plane superflua.

alio Statu imperii vinculo tenent feudali, ad servitia feudalia, contra communem imperii hostem, in specie Domino directo præstanda sint obstricti, quum per donum charitativum officio immediate jam satisfecisse videantur. Quam ob rem Anno 1689. eadem de re lis fuit mota inter Episcopatum Herbipolensem & nobiles Franconiae immediatos, quum in circulum Franconiae jam penetrasset hostis. Eo quidem tempore Praesul executione militari, imo privatione feudorum vasallos, qui aut servire negabant, aut in mora essent serviendi, ad servitia praestanda adigere minabatur. Nobilitas e contrario immediata Conclusa & dehortatoria ab Imperatore contra Episcopi impetravit Sententiam *, quibus munita jure suo uti ipsi lice-

* Fallit & fallitur Author, dum Rescriptum, quod Burgermeister loco not. r citato producit, sententiam esse asserit, & adhuc magis, dum pro ratione decidendi subsidium charitativum Caesari solvendum allegat, & inde concludit, Vasallos nobiles per hoc a servitiis feudalibus liberari. Rescriptum est solummodo dehortatorium, quod ob turbulentas tum temporis & particulares circumstantias emanavit, prout tenor ipsius Conclusi abunde docet:

Fiat Rescriptum dehortatorium an den Herrn Bischofen zu Wirzburg, die Ritterschaft bey denen von ihnen angeführten Umständen, mit den Ritterdiensten nicht zu beschwehren, weniger mit Einziehung der Lehen oder militarischer Execution gegen dieselbe zu verfahren.

In

licebat *r*). Ex his omnibus satis adparet, quantum a vero distet Thummermuthii opinio dicentis: Quod iste Principatus non tantum jura feudalia Imperii & Mediolanensia recepisse, sed & tenacius continuasse videretur *s*).

Quae assertio ex falsa ejus hypothesi originem trahere mihi videtur; Nam quum ipsi sit persuasum,

 Re-

In ipso Rescripto autem additur alia praegnans ratio, in verbis:

Daß bey dermahligen ohne daß in dem heil. Röm. Reich ereigten gefährlichen Zustande zwischen deiner Andacht und klagenden Ritterschaft gute nachbahrschaftliche Einverständniß verschaffet, und selbige allerdings beybehalten werde.

Neque sententiam aliquam petiit Nobilitas, sed solummodo Dehortatorium, quia casus periculi pro Domino directo partim cessavit, partim servitia excessiva desiderata sint, ut viam facti inhiberet Imperator: Inde in supplica expresse additum fuit:

Oder daferne er ja seine Intention fallen zu lassen nicht gemeinet, sich jedoch eine solche durchzudringen, keines eigenmächtigen Gewalts gegen ihre angehörende Mitglieder unternehmen, sondern der Wege Rechtens sich gebrauchen und darau ersättiget seyn möge.

In via ergo Juris decisum nihil est, & Jus Dominii directi servitia in aliis casibus exigendi neutiquam limitatum fuit.

r) Burgermeister Cod. Diplom. equest. P. IV. p. 219.

s) Tract. cit. fund. III.

Regulam illam Krumstab schleußt niemand aus, esse universaliter veram, nec exceptionem pati, nisi in Archi- & Episcopatu Moguntino & Herbipolensi, exinde deduxit, hos episcopatus, quia, sicut existimat, in jura laicorum principum juri communi assuetorum successerint, unice leges feudales sequi communes.* Sed quoad prius & posterius errore ducitur; Siquidem cum dictis duobus episcopatibus multi sunt alii, qui eodem modo foeminas a successione feudali excludunt *t*). Interea Praesul Herbipolensis a Vasallis suis, ut ipsi praesentes ad investituram accipiendam compareant, sollicite exigit, & quamvis interdum ex gratia & causis praegnantibus Procurator admittatur, in literis investiturae, ne exemplum hoc in praejudicium episcopi trahi queat, haud omitti solent verba, quibus sibi Capitulo prospiciendum curat Episcopus *u*). Praetereundum quoque non erit investiturae curam regimini Provinciae** peragendam esse commissam, & quum nemini diuturnior quam

---

* Observatis tamen particularibus Curiae consuetudinibus.

t) Kress Diss. prooemial. in Thummermuthium §. 63.

** Sunt tamen multa feuda quae à Principe coram Throno conferuntur.

u) Kress in adnexis d. diss. XXV. ubi in literis investiturae Herbipolensibus haec continentur verba: Welches wir vor diesesmal aus Gnaden und zu keiner Consequenz der persönlichen Erscheinung entlassen.

quam quisque vult, commoratio longiusque exſpectandi injungatur tempus, Vaſalli per litteras terminum inveſtiturae impetrare non conſuevere *, ſed intra annum & diem praeſentes quaerunt inveſtituram, quae ipſis & ſtatim conceditur. Quod ad feudalem denique pubertatem attinet, quae jure Longobardorum haud invenitur determinata, curia haec feudalis antiqui juris Francici & Suevici Regulam, quam Codex juris feudalis ſervavit, ſequitur, ſicque iſtam initio adipiſcuntur decimi quarti Vaſalli, quo aetatis termino praeterlapſo feudorum capaces judicari ſolent pupilli *x*).

SEC-

* In genere id faliit, quod autem uni vel alteri connivendo conceditur, nec huic nec aliis Jus aliquod tribuere poteſt.

x) Schwäbiſch Lehen Recht Cap. XLIX. verb. Wer ein Kind anſpricht um Lehn Recht, dem ſoll ſein Vormund antworten, und gehet es dem Kind an den Eid, daß es ſchweren ſoll, und iſt es unter 14. Jahren, ſo ſoll es nicht ſchweren, wenn es aber über 14. Jahr kommen iſt, ſo mag es wohl einen Eid ſchweren. Et Cap. ſeq. haec rubrica: Wenn ein Kind lehnbar iſt: ubi verba: Ein Kind das 13. Jahr alt iſt und 6 Wochen, das iſt lehnbar.

SECTIO I.
OPVSCVLVM LII.

IOS. MAR. SCHNEIDT., &c.

MEDITATIONES DE CONTRACTV VITALITIO IN GENERE ET SPECIALITER IN FRANCONIA SVB NOMINE Leibgeding OCCVRRENTE, NEC NON DE RESERVATO, VVLGO dem Auszug.

§. I.

De Remediis prouisoriis, quatenus a iudice decernuntur, alii egere. *a*) Dari autem & extraiudicialia nemo facile negarit, qui considerat, cuiuis priuato etiam sibi, sine damno tamen alterius, prouidere

a) Conf. nouissima Dissertatio HEFFNERI de Remediis prouisoriis sub meo Praesidio emissa. Wirceb. 1789.

dere licere: ſpectant huc praecipue alimenta, quae quis ſibi ipſi per certum vel totum vitae tempus conſtituere, & acquirere poteſt; diuerſis hoc fit modis, & ſi per Contractum celebratur, CONTRACTVS audit VITALITIVS, vulgo ein Nahrungscontract, & in Franconia das leibgeding, qui in genere definiri poteſt, quod ſit Contractus conſenſualis de iis, quae ad victum pertinent, pro certis rebus in aliquem translatis, vel transferendis, ſecundum modum & tempus conuentum praeſtandis: conuenit ergo potiſſimum cum Emtione & Venditione Iure Gentium conſiderata; a Contractu tamen Emtionis iuxta Ius Romanum Contractus Vitalitius in eo differt, quod pretium pro aquirendo Victu datum, non ſemper conſiſtat in pecunia numerata, ſed & aliae res, praecipue bona immobilia, fundi &c imo & totum patrimonium loco pretii dari queant. Aliam definitionem dat Franc Nig CYRINEVS, * aliam WEBER ** aliam Georg. Heinr. AYRER ***. Cui volupe, Originem huius Negotii inquirere, conſulat AYRERI Diſſertationem §. 2.

§. II.

---

* Controu. foren. I. § I.

** IMMANVEL WEBER Diſſert. de Contractu Vitalitio Cap. 2. § I. Gieſſae 1700 & 1714

*** Diſſert. de Reſciſſione Contractus Vitalitii. Götting. 1750 §. 3. & ſequenti. NICOLAI de Contr. Vitalit: Sect. I.

§. II.

Contractus hic pro diuersitate obiectorum, & Regionum diuersa quoque sortitus est Nomina; sic censum annuum ad vitam vnius vel plurium hac voce venire constat ex SCACCIA *b*). Germanis vocatur Jährliche Pfründgülde. *c*) Gallis audit Rentes viageres. *d*) Medio aeuo Nudrigamenti nomine veniebat, sic in Chartis S. Gallensis Monasterii apud VADIANUM. *e*) Cautonius Audromero Abbati *pro Nudrigamentum pro mercida animae suae & pro seruitium* bona dat, & *f*) Wirobaldus Abbati Hartmudo terrulam suam 20 iugerum eo pacto tradit, *vt in domo hospitum suscipiatur*, & vsque ad finem vitae suae ibi victum & vestitum habeat; saepe etiam, sed valde improprie, occurrit sub nomine Dotalitii, Vidualitii *g*), Alibi sub nomine der Leib-Renten-Kauf, item die Tontinen *h*) nec non sub verbis Leibzucht: Altentheil: Auszug. *i*)

Va-

b) Tract. de Commerciis §. I. q. I. n. 294. & §. I. q. 5. n. 150.

c) WEBER de Contr. Vital. Cap. I. §. I. PARLADOR Ref. quot. L. 2. C. 2. n. 18.

d) DV FRESNE in Gloss. voce *Viagium*, *Viarium*.

e) In GOLDASTI Script. Rer. Alemann. T. 3. p. 47.

f) p. 48.

g) Vide Ioan. Georg. SCHERZ Differt. de Dotalitio, vom Leibgeding. Ien. 1740.

h) Abraham KAESTNER Progr. de Contractu Vitalitio.

i) AYRER de Resc. Contractus Vitalitii.

Varias ſubtilitates, ad qualem Contractuum ſpeciem pertineat, videre licet apud WEBERVM k); mihi ſuffecerit, dixiſſe: Serua, quod promiſiſti, omnium certe conuentionum finis. Conf. AYRER l).

§. III.

Eſſentialia huius Contractus ſunt 1) Contrahentium in idem placitum verus Conſenſus. 2) Determinatio qualitatis, quantitatis & temporis circa praeſtandum victum & alimenta, 3) Quantum ſic dicti pretii, ſeu rerum pro aquirendo Victu datarum, aut certo dandarum. De forma deſidero Confirmationem iudicialem: quamuis enim videatur, eiusmodi Negotium etiam priuatos inter parietes perfici poſſe, graue tamen Reipublicae inde imminens praeiudicium me mouet, vt & Magiſtratus authoritatem neceſſariam eſſe putem. Neque haec ſententia legibus deſtituitur; notum enim eſt * de Alimentis futuris non niſi Praetore authore tranſigere licere; quid autem in effectu aliud eſt Contractus Vitalitius, quam Conuentio, ſeu Transactio in ſenſu lato de futuris alimentis: neque ratione deſtituitur haec Theſis; ponamus Alimentarium incautum, aut prodigum bonis ſuis ſe exuere, alimenta ſibi minus congrua aut

non

k) Cap. 2. §. 2. ſeqq.
l) Diſſert. cit. §. 4.
* Vi L. 8. ff. de Transact.

non ſufficientia, aut non ſatis determinata ſtipulari, aut Alimentantem bonis labi, orientur inde innumerae lites, & Alimentarius alimentis carens Reipublicae oneri erit; quae omnia ſolertis Magiſtratus inquiſitio praecauebit. Pone Alimentarium rebus ſuis adhuc praeeſſe, ac ſe vtile Reipublicae membrum pro ſe ſuisque exhibere poſſe, ex ignauia autem, vt otio indulgere queat, bona ſua cedere, quis non talem aeque pro furioſo aut ſaltem otioſo terrae pondere habeat, vti leges prodigum furioſum nominant.

§. IV.

Fluunt ex dictis & quaedam huius Contractus naturalia, quae ſcilicet, & ſi adiecta non ſint, Contractui tamen ineſſe praeſumuntur. Euictio rerum pro alimentis traditarum, nec non Pactum legis commiſſoriae in caſum non praeſtandorum alimentorum.

Primum quod attinet, de eo nullum erit dubium, cum enim hic Contractus ſit ex eorum numero, ex quorum natura naſcitur obligatio efficiendi, vt alter rem tanquam ſuam habeat, Euictionis praeſtatio erit in obligatione, aeque vt in Emtione *m*) Permutatione *n*) Diuiſione *o*) Transactione *p*) Datione in ſolutum *q*) Datione Dotis *r*).

Al-

m) L. 11. §. 1. & 2. ff. de Act. Emt. *n*) L. 29. C. de Euict. L. 1. C. de Rer. Perm. *o*) L. 14. C. Fam. Erciſc. *p*) L. 33. C. de Transact. *q*) L. 4. Cod. de Euict. *r*) L. 1. Cod. de Iure Dot.

Alterum, nempe Pactum Legis Commissoriae expresse attribuit L. 1. C. de Donat. quae sub modo &c. in verbis: „ Si doceas, vt affirmas, Nepti tuae ex „ lege esse donatum a te (Gamica) vt certa tibi ali„ menta praeberet, Vindicationem etiam in hoc ca„ su vtilem, eoquod legi illa obtemperare noluerit „ impetrare potes: id est actionem, qua Dominium „ pristinum tibi restituatur. Nam non solum con„ dictio quidem in hoc casu, id est in personam „ actio iure procedit, verum etiam Vindicationem „ quoque Diui Principes in hoc casu dandam esse „ sanxerunt. „ Ex quibus sane patet, quod non praestitis alimentis Alimentario vel condictionem, aut, vt L. 8. Cod. de Rer. permut. vocat, actionem praescriptis verbis ad ea praestanda, vel Vindicationem instituere relictum sit, sicque huic Contractui pactum Legis Commissoriae naturaliter insit, quo petit Rem restitui cum omnibus accessionibus & fructibus, nec non damnum datum resarciri. s)

§. V.

Contractum Vitalitium consensualem, eumque Emtioni Redituum affinem dixi; ea ergo, quae huic conueniunt, & illi applicari poterunt; vnde Dominium rerum pro alimentis determinatarum demum per

s) L. 4. pr. & §. 1. L. 5. & 6. ff. de Lege Commissoria.

per traditionem transire sequitur, quamuis alimentario actio personalis ad alimenta praestanda, alimentanti vero ad tradendas res competat actio.

§. VI.

Res quas alimentans accipit potissimum ex conuentione partium, modo addito, ac conditionibus determinatur; quae accurate obseruanda: neque interest, an res mobiles aut immobiles, iura vel actiones, pecunia, an aliquid detur, an omnia plane bona, an aliqua tantum. Omnia tamen si dantur, praesentia tantum, non futura subintelligenda erunt; nisi & de his specifice dictum fuerit: semper tamen attendendum, vt dans liberam rerum suarum habeat administrationem, neque alios tradendo laedat. Hinc Parens liberos habens, & Vitalitium contractum cum vno illorum, vel cum extraneo celebrans, liberis in Legitima praeiudicare non potest; Dum alias ad Exemplum Donationis inofficiosae liberis mortuo parente non deerit querela. t)

§. VII.

Alimentorum praestationem quod attinet, ea vel specifice sunt determinata, vel non? Priori casu conuentio legem facit; posteriori vero ex indole alimen-

t) L. I. & Cod. de inoff. Donat.

mentorum diiudicandum. Congruus ergo Victus, *u*) amictus, habitatio, lecti, ligna, quin etiam famulitium necessarium, Medicamenta ac Cura aegroti *x*), nec non impensae funeris *y*) suppeditari oportet *z*); quo tamen in casu Alimentarius de iis, quae per compendium superflua sunt, disponere non potest, sed ea Alimentanti cedunt.

§. VIII.

---

u) L. 43. & 45. ff. de Verb. Sign. L. 44. eod. L. 234. §. 2. eod. L. 6. & L. fin. de alim. Legat.

x) L. 44. ff. de Verb. Sign. non obstat L. 5. pr. ff. de penu. Leg. cum penus non aeque late pateat, vt alimenta. L. 3. ff. eod. in pr. hinc diuersis titulis tractatur de alimentis legatis, & de penu legata. Neque contrarium euincitur ex L. 22. §. 8. ff. Solut. Matr. vbi alimenta & Medicina contradistingui videntur; cum particula *&* non semper diuersitatem innuat, sed potius identitatem, praecipue si inter genus & speciem ponatur; vti in Rubrica Tituli Codicis de Seruitutibus & Aqua.

y) Per L. 44. de Verb. Sign. L. 21. & 37. ff. de Religios. & Sumt. fun. vbi sub nomine Victus, Expensae funeris veniunt, adde L. 4. in fin. Cod. de pet. haered. Distinguendum tamen erit cum Carpz. P. 2. Const. 46. def. 23. an alimenta simpliciter, an restrictiue debeantur, non hoc, sed illo casu Expensae funeris ad alimenta pertinent.

z) Vid. Coler. de Alim. L. c. 15. n. 27. seqq. L. 2. c. 1. per totum.

§. VIII.

Circa modum varia oriri possunt dubia, praecipue si pluribus v. g. Patri & Matri alimenta sint promissa: An vno ex istis decedente lucrum reditus pro ista parte pertineat ad Alimentantem, vel an superstiti accrescat Alimentario? Sunt, qui Alimentarios pro correis credendi habent, indeque vni superstiti praestanda esse defendunt, quae omnibus promissa *a*); idque exemplo Tontinarum confirmari posset; quorum Reditus aliis semper accrescunt: sed cum in correis iure romano per stipulationem cum quovis separatim firmatam, vni integrum praestando debitor liberetur, hoc autem ad Alimentarios applicari nequeat, dum singuli edere, singuli amiciri volunt, argumentum inde deductum corruet, simulque indoli huius Contractus aduersatur, vt vnus lucrum, alter damnum sentiat; per alimenta enim sors pro illis data annuatim minuitur, damnumque alimentans sentit, per extinctionem vnius ex alimentariis minuendum.

§. IX.

Huc & pertinet Quaestio: an alterutro alimentariorum Coniugum mortuo, si superstes v. g. Maritus aliam duxerit, etiam hanc alimentans alimentare teneatur? In affirmatiuam inclinat Colervs *b*), sed cum

a) §. 1. Inst. de duob. reis stipul. L. 2. ff. eod.

b) Tract. de Aliment. L. 1. c. 13. §. 6. & cap. 15. n. 21.

cum in Contractu Vitalitio ad indiuiduas personas habeatur respectus, secunda autem Vxor prima non sit, negatiuam, ex prioris quoque casus ratione teneo sententiam. c)

§. X.

Actiones ex hoc negotio oriundas, quod concernit, Iurisconsultum germanicum circa hunc contractum, itidem germanicum, subtilitatibus Romanis inhaerere haud oportet, sed semper condictio ex moribus dabitur vtrique contrahentium ex sola conuentione: Post bona vero tradita, si romano more loqui velimus, dum hodie poenitere non licet, locus non est condictioni causa data, causa non secuta; sed Alimentarius habebit actionem praescriptis verbis, vel vt effugias crisin ex contractu consensuali, pro quo eum supra declaraui, non dari hanc actionem, substituo illam in factum: Eo autem casu, quo alimentans plane alimenta dare detrectat, & condictionem & vindicationem vtilem, post tradita vero alimenta alens actionem praescriptis verbis ad implendum instituere potest.

§. XI.

Rescissionem Contractus Vitalitii quod attinet, generales etiam modi contractus rescindendi, vel

pro

c) Menoch. L. 4. Praes. 147. n. 40.

pro nullis declarandi, huic Contractui applicari possunt. *d*) Nil ergo de dolo, vi ac metu, errore, simulatione hic dico, sed Rescissionis speciales fontes inquiro. Occurrit 1) mutuus Dissensus, vnius enim dissensum aut poenitentiam in contractibus nil operari, & rationi & legibus conuenit: hinc rescripsere Imp. Diocletianus & Maximianus *. „ Libera potestas vnicuique est habendi vel non habendi contractus, ita renuntiare semel constitutae obligationi, aduersario non consentiente nemo potest; quapropter intelligere debetis, voluntariae obligationi semel vos nexos, ab hoc, non consentiente altera parte, de cuius in precibus fecistis mentionem, minime posse recedere. „ Cui assentitur Pontifex **, quod semel placuit, amplius displicere non potest. Mutuo autem dissensu Contractum rescindi posse leges quidem concedunt, addit tamen Imperator. *** „ At enim post traditionem interpositam nuda voluntas non resoluit Emtionem, si non actus quoque priore similis retro agens venditionem intercesserit. „ Restitutio ergo seu Retraditio datorum & acceptorum ante omnia fa-

d) Conferatur hic in specie AYRERI Dissert. saepius allegata Sect. II.

* In L. 12. C. de Contr. Emt.

** In Cap. 21. de Re. I. in 6.

*** In L. 1. C. quando liceat ab Emtione recedere.

cienda: quod etiam de alimentis iam perceptis quasi restituendis, intelligendum erit.

§. XII.

Secunda caussa est, vt supra iam innui, Casus legis commissoriae, quam vt naturale admisi; quod si vero ex hoc capite rescindatur, anceps saepe est decisio modi & quantitatis restituendae, sequor hic mentem Pvffendorfii; * vt quod vltra modum vsurarum legalium quot annis vel statis diebus a Venditore Vitalitii solutum fuit, ad impediendam emtoris vsurariam prauitatem sorti sit detrahendum.

§. XIII.

An 3) ob enormem laesionem hic Contractus rescindi queat, exinde negandum esse videtur, quod ob incertitudinem vitae humanae hic potius emtio spei subsit, quae remedium L. 2. C. de resc. Vend. non admittit; nihilominus tamen si abstrahendo a probabili vitae termino, vtpote vbi lucrum & damnum ex casu mutuo aequaliter pendent, in ipso initio contractus iam laesio enormis appareat, eum rescindi & posse, & debere aequitati congruum esse videtur. Inde & decidi poterit Quaestio, an minor contra talem contractum valide initum in integrum restitui queat? Si enim laesio tantum in breuiori vel

 lon

* Obseru. Iur. vniu. T. I. obs. 59. & 60.

longiori vita contingat, & non in ipſo contractu lateat, ſicque ex caſu aut in conſequentia tantum laeſus ſit, Reſtitutio deneganda venit. *e*)

§. XIV.

Matrimonio ab alimentando contracto, & ſuperuenientibus liberis, ſunt, qui Contractum Vitalitium reſcindi autumant, quibus tamen ideo accedere nequeo, quia qualiscunque ſit contractus valide initus, nec matrimonio, nec liberis reſoluitur, idque ſolummodo in donatione omnium bonorum, de quo tamen varii dubitant, obtinere volunt; vnde cum nec Emtio, nec Permutatio his modis reſcindatur, id de noſtro Contractu itidem aſſerendum erit.

Num Contractus Vitalitius ius retractus admittat, generaliter negandum; cum enim in hoc contractu perſonae ſe inuicem induſtria eligant, ſingularisque fides intercedat, ſequitur, dum aequalitas in aliis perſonis non inuenitur, Retractum exulare. Si tamen ſupponas in ſola praeſtatione alicuius quantitatis Vitalitium conſiſtere, coeterisque paribus & retractum locum habere poſſe autumo.

§. XV.

His generaliter & breuiter praemiſſis propius ad Contractum noſtrum Vitalitium, vulgo das Leibgeding

e) L. 11. §. 4. & 5. ff. de minor.

geding accedo: ſub quo intelligimus conuentionem communiter a parentibus cum liberis initam, qua bona ſua vel integra, vel cum aliquo reſeruato, einem Auszug cedunt, Liberi vero parentibus alimenta vel in genere, vel in ſpecie determinata repromittunt. Fiunt eiusmodi Contractus ſaepe praeuia bonorum Diuiſione totali, ſaepe autem ſola ceſſione ſine totali diuiſione, ſaepe etiam Parentes actu diuidunt, ſuamque tertiam vni liberorum erga Vitalitium extradunt, ſaepe vero ex hac tertia ſibi quoddam Reſeruatum retinent. Ex diuerſiſſimis ergo hisce modificationibus per ſe patet, quod contractuum Vitalitiorum primaria regula, ſit conuentio, quam vtraque Pars obſeruare tenetur; Generalia ſequentibus deducam, dum prius ea, quae Legis Franconicae ſunt, ſpecialiter recenſuero.

§. XVI.

Vox Leibgeding in Franconia noſtra mihi prima vice occurrit in Statutis Dioeceſanis Wirceburgenſis Epiſcopatus anno 1446 ab Epiſcopo Godefrido confirmatis *, vbi ſequentia leguntur:

„ Nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali cauſa, vel ciuili quaeſtione, nec aliquem etiam laicum pro rebus, bonis, & poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, ſiue perſonali iure, quod vulgo Leibgeding dicitur, quis

* Theſ. Iur. Franc. Sect. II. Num. XXIV. p. 409.

earundem Ecclesiarum possessiones vel bona possideat, siue alio quocunque titulo trahere praesumat in iudicium saeculare. „

In hoc Canone de nostro Contractu Vitalitio nullum esse sermonem ex eo patet, quod hic de bonis ad Ecclesiam vel iure reali, vel personali pertinentibus tractetur, neque vlla praestandorum alimentorum occurrat mentio. Si mentem meam aperire liceat, hic Leibgeding idem significat, quod Iure Canonico venit sub Nomine Precariae *f*), vi cuius Ecclesia alicui fundum ad dies vitae sub onere concedebat, vt post mortem vsufructuarii, idem fundus non tantum restitueretur, sed & pro fructibus perceptis alius fundus Ecclesiae traderetur, & de tali fundo loquitur Statutum, vt si desuper lites oriantur, illae iudicio subsint Ecclesiastico, neque ad forum saeculare trahantur.

§. XVII.

Propius Vitalitio in genere sumto accedit Historia, quam sequentibus verbis FRISEVS apud LVDEVIGEVM *g*) refert:

Die Grafen von Castell seynd eines alten Herkommens,

f) Vide Titulum Decretalium de Precariis, item Can. 4. Cau. 10. q. 2.

g) Geschichtschreiber des Bischoffthums Wirzburg p. 817. Cap. 11.

mens, und etwan an Städten, Märkten, Schlößern, Leuten und Güthern reicher und mächtiger gewesen, denn jetzund. Man saget, daß vor Jahren, eines Burggrafen Sohn von Nürnberg dem Grafen von Castell zu Hof geritten sey, und gedienet haben sollte. Die Stadt Volkach am Mayn, die Stadt Schwarzach zum Theil, dergleichen auch ein Theil von Gerolzhofen ist ihre gewesen, sie seynd aber durch Krieg und üble Haushaltung in große Schuld und Unrath dermaßen kommen, wo Ihnen Bischoff Johannes nicht Hülff erzeugt, daß sie ihre Grafschafft verlassen hätten. Es handelten aber dazumal Graf Georg von Henneberg, Graf Ulrich von Helffenstein, Georg von Schweinshaupten, Hofmeister, und Georg Fischlein, Ritter bey gemeldtem Bischoff Johannessnn, durch Fürbitt und anderes so viel, daß er uf Montag vor S. Simon und Judas-Tag des 1457er Jahrs Graf Wilhelmen von Castell, Frauen Annen sein Gemahl, und Graf Friederichen ihren Sohn, alldieweil ihr eins im Leben seyn würd, jährlich 500 fl. zur rechten Leibgeding verschrieb, dargegen sie die Grafen Bischoff Johannessen seinen Nachkommen und Stifft die Grafschafft Castell mit ihren Schlößern, Städten, Märkten, Dörffern, Lehen geistlichen und weltlichen, Zöllen, Geleiten, Wildbanen, und allen andern Zugehörungen, nichts ausgenommen, frey ufgaben, zu Mann-Lehen machten und empfien-

 gen,

gen desselben 1457. Jahrs uf Montag nach St. Catharinen-Tag. Und hat Bischoff Johannes den Grafen und Gräfin von Castell solch ihr Leibgeding uf hernach benannten Flecken verschrieben, nemlich 300 fl. uf der Steuer, Wag und Umgeld zu Wirzburg, 100 fl. uf dem Dorfe Gernach, 62½ fl. 5 Batz. zu Sulzfeld am Mayn, und das übrige aus der Fürstlichen Kammer zu Wirzburg geben, und bezahlen lassen.

§. XVIII.

Ipsam autem rem Vitalitii stricte dicti producit §. 88. Ordinationis Prouincialis Rudolphinae de anno 1580, cuius Tenor cum Tit. 31. Ord. nostrae nouissimae Prouincialis §. 11. concordat, & sic habet:

§. XI. Zum Sechsten, wann die Eltern, es seyen gleich rechte oder natürliche, oder eingesetzte, von den gemeinen unabgetheilten Gütern, ein Pfründ in ein Spital, oder sonsten anderer Ort kauffen, dero Meinung nit desto weniger, bey den übrigen Haaben, und Gütern unabgetheilt, auch zu bleiben, durch solchen Fall wird der Zweitheil auch verwirket; und seynd die Eltern, die sich also in ein Spital, und dergleichen Ort eingekaufet, den Kindern in Zeit, als nachstehet, den Zweytheil zu geben schuldig.

§. XII. Ebenermassen, wie durch Erkauffung einer Pfründ, der Zweitheil verwirket, also und nicht we-

weniger, wird auch der Zweitheil verwirket, wann die Eltern von unabgetheilten Gütern, um ihrer Leibesnahrung willen, mit jemanden sich paciscirei, sich vergleichen, oder dessenthalben Vermächtnuß thun.

§. XIII. Jedoch und auf dem Fall die ganze Erbschafft so groß oder stattlich nicht wäre, daß die Eltern von ihrem Drittentheil sich in ein Spital, oder sonsten andere Ort, wie gehöret, könnten einkaufen, und also ihre Leibesnahrung und Erhaltung nicht haben möchten, und doch die Kinder ihren Zweytheil haben wollten, solle es alsdann bey des Landgerichts Ermessung stehen, nach Gelegenheit aller Umstände, zwischen den Eltern und Kindern, die Billigkeit zu verschaffen, und in alle Wege dahin zu sehen, damit die Eltern in diesen Fällen, was zu Unterhaltung ihres Leibes vonnöthen ist, von sich zu geben nicht gemüßiget, noch gedrungen werden.

§. XIX.

Ex quibus sequentes formare licet Conclusiones.

1) Parentibus equidem de sua Tertia praeuia tamen diuisione Contractum Vitalitium inire licet; quod si vero

2) Eum absque diuisione celebrent, eo ipso diuidere tenentur.

3) Etiam pactum Vitalitium iniri posse sine actuali

bono-

bonorum traditione, loco illius autem adiecto pacto successorio.

4) Talem Contractum non praecise cum liberis iniri debere, sed etiam cum tertio, imo & Hospitali.

5) Liberos, si parentum Tertia Vitalitio aquirendo non sufficiat, caeteris paribus etiam de sua Legitima subuenire debere.

§. XX.

Quod autem eiusmodi Alimentarii, quasi pro non Ciuibus habeantur, patet ex Norma Focagio dem Rauchpfund 22. Nou. 1706 praescripta, quae sic habet: Das Rauchpfund wird gegeben in signum supremae Iurisdictionis, seu territoriaiis superioritatis, ist ein Onus personale; Das Rauchpfund zu entrichten ist schuldig ein jeder Erbgehuldigter Unterthan, alle und jede Beysassen, unbegüterte Innwohner, so ihren eignen Focum haben, und des Lands-Fürsten Schutz geniesen.

Diejenige Personen, so ihre Güter und Häuser abtretten, und kein Gewerb treiben, und die blose Alimentation sich ausbedungen haben, zahlen kein Rauchpfund, wann selbe aber einen Auszug behalten, und Gewerb treiben, oder bürgerliche Beneficia genießen, müßen sie das Rauchpfund geben.

Ex quo sequitur, quod Personis, quae rebus suis

ſuis adhuc praeeſſe poſſunt, Contractum talem inire non facile ſit concedendum.

§. XXI.

Ne autem eiusmodi Vitalitia clancularie conficiantur, ea a Iudicio prouinciali confirmari debere, Mandatum de 13. Iulii 1709 his verbis ſanciuit.

Nebſt dieſem iſt unſer Gnädigſt- und ernſtlicher Befehl, daß alle und jede in dem ganzen Hohen Stifft Wirzburg und Herzogthum Franken befindliche, und der Landgerichtlichen Iurisdiction untergebene mediat und immediat Unterthanen in kraft dieſes publicirten Mandats ihre vorhabende Condonationes recipocras, oder Gegenvermächtniſſe, wie auch Comparationes, Einkindſchaffeen, Adoptiones und *Contractus Vitalitios* oder Leibgedinge, wie vor Alters jederzeit bräuchlich geweſen, und obſervirt worden, dem gewöhnlichen landgerichtlichen Stylo gemäß aufrichten und confirmiren laſſen, die vorgeſetzten Beamten auch keineswegs geſtatten ſollen, daß die in den Aemtern ſich befindenden Notarii, oder Stadt- und Gerichtsſchreiber, oder Schulmeiſter ſich dergleichen unterfangen mögen.

Cum autem poſtea dubitaretur, an ſemper Confirmatio Iudicii prouincialis ſub poena nullitatis neceſſaria ſit; & an non Confirmatio officialium Satrapiae ſufficiat, id per Mandatum de 20. Aug. 1751 ita fuit determinatum:

Als

Als finden wir allerdings räthlich, und unumgänglich hierüber für das zukünfftige die Erklärung zu ertheilen, und verordnen solchemnach gnädigst, daß die fürohin ohne gerichtliche Bestättigung errichtet werdende Pacta Vitalitia für ganz unbündig, und nichtig zu halten, hingegen, um solche giltig zu machen, folgendes Ziel und Maaß dabey zu beobachten sey: als nehmlich:

1) Wann ein Contractus Vitalitius oder Leibgeding fürohin errichtet wird, und hiebey ein oder mehrere Minderjährige begriffen sind, soll sothaner Contract bey unserm Kaiserlichen Landgericht nach gründlich beschehener Untersuchung confirmirt werden, zu welchem Ende dann wir unsere samtliche Mittel und unmittelbare Beamte alles Erests dahin anweisen, daß sie sich in solchen Fällen einiger Amtsbestättigung keineswegs anmaßen, sondern die paciscirende Theile vielmehr hieher an unser Kaiserliches Landgericht verweisen sollen, wie dann auch

2) Die Bestättigung solcher Pactorum Vitalitiorum, welche unter alleinigen Volljährigen in unserer Residenz Stadt wohnenden Personen errichtet werden, von unserm Kaiserlichen Landgericht ebenfalls zu ertheilen ist, wann aber

3) Derley Nahrungs Contracten unter pur Volljährigen, welche sich ausser unserer Residenz Stadt auf dem Land sowohl in den immediaten als mediaten

Ort-

Ortschafften befinden, eingegangen werden, soll hiezu die Bestättigung unsers Kaiserlichen Landgerichts nicht erforderlich, sondern zu mehrerer Köstenersparung genug seyn, wann diejenigen Beamten, worunter die paciscentes stehen, die Bestättigung hierüber von Amtswegen ertheilen, welcher Gewalt jedoch ihnen Beamten hiedurch nicht anderst, als ex Potestate subdelegata Iurisdictionis provincialis verliehen wird: dahero wir unserm Kaiserlichen Landgericht die richterliche Erkenntniß, und rechtliche Entscheidung der sich hierüber etwan ergebenden Irrungen und Strittigkeiten hiedurch ausdrücklich vorbehalten haben wollen.

§. XXII.

Ex quibus denuo fluit, quod Cognitio Causarum Vitalitii priuatiue, et in prima Instantia ad Iudicium prouinciale spectet; hoc tamen ad simplicem Executionem morosorum in adimplendo Contractu haud extensum velim. Extat et aliud Mandatum de 20. Iulii 1747, quod quamuis Contractus Vitalitii expressam non faciat mentionem, cum tamen iubeat, daß alle sowohl dahier, als auf dem Land fürohin errichtet werdende fidei Commissa, imgleichen die zwischen Eheleuthen, oder Eltern und Kindern abgeschlossene Pacten nebst anderen, die Güter beschwehrenden Verabredungen und Verträgen jedesmal bey unserm dahiesigen Stadt Steuer Amt, so

so viel die in unserer dahiesigen Residenz-Stadt, und derselben Markung gelegenen Häußer und Güter angehet, auf dem Land aber, bey eines jeden Orts unmittelbarem, oder Mittelbarem Vogtey-Amt, so viel die daselbst gelegene Häußer und Güter belanget, richtig angezeiget, imgleichen die vorhero schon errichteten fidei Commissa oder sonstige Pacten von oberwähnter Art inner der nächsten Viertel Jahrs-Frist bey nur besagten Stellen unfehlbahr angezeigt werden sollen, mit der beygefügten ausdrücklichen Bedeutung und Warnung, daß bey dessen säumigen Unterlaß obbesagte schon errichtete, oder in Zukunfft noch errichtet werdende fidei Commissa und Pacta denen Schuldglaubigern, welche von der beschehenden Anzeige ein gerichtliches Unterpfands Recht auf dergleichen Häußer und Güter erlangen werden, fürohin auf keine Weiße an ihrem gerichtlich erlangten Pfandschaffs Recht praeiudiciren sollen, somit auch obgedachten bey künftighin sich etwann äußernden Ausschatzungs oder andern Executions Fällen kein besonderes Vorrecht werde verstattet werden. Dahingegen werden auch sowohl das Stadt Steuer Amt dahier, als auf dem Land jedes Orts Vogtey Stelle alles Ernstes hiedurch erinnert, und angewiesen, auf Häußer und Güter, wann und in so weith solche mit vorgedachten Fideicommissen, Pacten und Verabredungen bereits beschwehret sind, keine Schuldverschreibungen auszufertigen und zu siegeln, immaßen

ßen sonst in widrigen, wann eine der obgemeldten Stellen derley bereits beschwehrte Güter aus Amts Nachläsigkeit neuerlich beschwehren lasset, und dadurch der Darleyher demnächst seines Anlehens verlustiget wird, dieselben auch allenfals derenselben Erben solchen Schaden zu ersetzen unnachläsig schuldig, und gehalten seyn sollen.

Cum enim ut supra, dixi, Vitalitia etiam ipsa bona realiter afficiant, hinc et Contractus tales Catastris inserendos esse concludi debet.

§. XXIII.

Quo autem loco in Concursu eiusmodi Vitalitia locanda sint, paucis quoque dispiciendum erit. Thema autem hoc dupliciter considerari potest, si scilicet vel Alimentans, vel Alimentarius facultatibus labatur: Consideremus primo Alimentarium in Cridis constitutum. Rarior quidem hic Casus, sed tamen interdum contingens. Hic ergo quaestio exoritur, an et reditus Vitalitii ad massam concursus referendi, et viuente Alimentario, inter Creditores distribuendi sint? Videtur, cum alimentorum fauor in iure sit eximius, id negandum esse, cum deficiente omni sustentationis remedio, ultimato Onus alimentandi Reipublicae incumbat, sicque et publici intersit. Ast cum expediti Iuris sit, in Concursu Cridario nequaquam de alimentis prospici,

ci, ſed eum ſibi ipſi curandum relinqui, non video, quare in hoc Caſu ab uniuerſali recedendum regula, et non potius conſiderandum ſit, quod omnia bona tam corporalia quam incorporalia per concurſum Creditoribus fiant communia, *h*) in de et obſeruamus, vtilitates ex vſufructu aut feudo prouenientes Creditoribus ad dies Vitae uſufructuarii aut Vaſalli transferri in Creditores, et tantum interdum beneficium Competentiae debitori relinqui, *i*) quod Priuilegium generaliter loquendo Cridariis non competit, quamuis cedentibus bona concedatur: *k*) hinc diſtinguendum foret, an talis Vitalitiarius aut Alimentarius, hoc beneficio perſonali gaudeat, nec ne? in poſteriori caſu Vitalitium Creditoribus aſſignari poſſe concedo, in priori vero nego, niſi aliunde praeter Vitalitium Competentiam habere queat. Neque hic diſtinguo inter Vitalitium publicum v. g. Bey Leib Renthen Caſſen, oder Tontinen, aut priuatum, neque inter Contractum Vitalitium cum extraneo, aut a Parentibus cum Libe-

h) L. 7. §. 7. ff. quae in fraud. credit. Schaumburg. Princ. Pro. iud. L. 2. c. 8. §. 3. not. 1.

Bardili. de Iuſt. Conc. Vniu. Th. 65. Leyser. Spec. 478. med. 5.

i) Hellf. Iurispr. foren. Tit. de Ceſſione bonorum §. 1808. Ed. Ien. et §. Edit. Wirc. 2000.

k) L. 4. 6. 7. ff. de Ceſſion. bonor.

beris celebratum, quamuis enim durum videatur, ut duplici quasi onere grauentur Liberi, scilicet semel Creditoribus quantitatem Vitalitii, et denuo Parentibus egenis alimenta praestando, attamen cum duplici et diuersa ex causa hoc duplex Onus oriatur, scilicet semel ex Contractu, in quo pro extraneis habentur, et secundo ex onere Antipelargiae *l*) hinc Vitalitium, quod ex debito ciuili praestant, eos a debito naturali liberare non potest; *m*) neutiquam tamen defendo, Creditores bona pro Vitalitio data reuocare posse, licet Alimentarius sibi in casu non praestandorum alimentorum Dominium suorum bonorum reseruarit; quamuis enim Creditores in omne Ius Debitoris succedere videantur, *n*) attamen recte inquit HARPPRECHT, *o*) Dominium illud reservatum non est, nisi subsidiarium, et personalissimum, eo demum casu efficax, quo alens officio suo deest; quod si ergo Alimentarius contractum non in fraudem creditorum inierit, aut Alens fraudis conscius haud fuerit, reuocatio locum non habebit.

§. XXIV.

---

l) Nou. 12. cap. 2.

m) Christ. Ferd. HARPPRECHT Ius Contr. Vitalitii in Concursu §. 12.

n) Arg. L. 1. §. fin. de his quae in fraud. Credit. L. 2. et 4. C. de Cessione bonorum.

o) Lit. cit. §. 13.

§. XXIV.

Difficilior autem et frequentior eſt quaeſtio, quo loco Alimentarius ponendus ſit, ſi Alimentans in Concurſum incidat. Diſtinguendum autumo, Alimentarius

A) vel ſibi Dominium ſuorum bonorum expreſſe reſeruauit, vel

B) Hypothecam in his bonis, et Alimentantis conſtituit, vel

C) Simpliciter tantum bona erga Vitalitium tradidit.

In primo Caſu bona adhuc extantia jure ſeparationis vindicare poterit.

In ſecundo Caſu ius hypothecae in concurſu exercebit.

In tertio vero videri poſſet, cum ſupra §. VI.

Alimentanti vtilem rei Vindicationem ratione bonorum adhuc extantium conceſſerim, Ius ſeparationis locum habere, *p)* reſpectu vero rerum conſumtarum ob fauorem alimentorum ad Claſſem tertiam

---

p) Weber Diſſ. cit. c. 3. §. 1. in fine p. 35. Lauterbach in Coll. Dig. Tit. de pact. §. 89.

tiam perſonaliter priuilegiatorum eſſe ponendum *q*) aſt cum magna ſit differentia inter pactum reſeruati Dominii, et legem Commiſſoriam, Rei quidem Vindicationem in fauorem alimentorum Alimentatio conceſſam eſſe, neque tamen illam contra creditores in concurſu formali exerceri poſſe defendo.

§. XXV.

Certum enim eſt 1). Per Contractum Vitalitium et Traditionem bonorum, Dominium eorum in Alimentantem tranſiiſſe, et obligationem praeſtandi alimenta tanquam modum reſidere penes Alimentantem, *r*)

2) Indubium quoque eſt per Concurſum omnia bona obaerati, inter quae ſunt bona pro alimentis data, communia fieri creditoribus, *s*) ex quo ſequitur 3) Dominium horum bonorum in creditores tranſiiſſe, conſequenter ad tertium perueniſſe. Iam 4) Ex pacto Commiſſorio etiam expreſſe adiecto

q) Lauterbach de Priuilegio perſonali ſimplici. Hellf. Iuriſp. forens. §. 1820. Edit. Ien. Wirc. 2012.

r) L. 1. et 5. ff. de Lege Commiſſoria.

s) L. 6. §. 7. ff. quae in fraud. Credit. Schaumburg. Princ. Pr. Iudic. L. 2 c 8. §. 3. art 1. Bardili. de Inſt. Conc. Uniu. Th. 65. Leyser Specim. 478. m. 5.

iecto competit quidem Actio reuocatoria ob modum non seruatum, *t*) minime vero a tertio possessore res vindicari possunt, *u*) sed ei solummodo actio personalis respectu pretii bonorum competit, quod etiam ex natura et indole modorum fluit, qui vtpote non suspendentes *x*), Dominii translationem non impediunt; et quanquam modus non impletus negotium resoluat, propterea tamen actio realis non restituitur *y*) neque hic 5) obstat supra allegata Lex prima Codicis, de Donationibus, quae sub modo fiunt, ubi vtilis rei Vindicatio et actio personalis seu Condictio conceditur. Nam praeter hoc, quod haec lex sit plane singularis *z*) consequenter non ad alios casus, praecipue ad constituendum ius separationis aut pignoris *a*) exten-

---

t) L. 1. et 2. ff. de Lege Commiss. L. 1. Cod. de Donat. quae sub modo.

u) L. 3. de pactis inter Emt. et Vendit.

x) L. 17. §. 2. ff. de manum. testam. L. 17. §. 4. L. 89. ff. de Condit. et Demonstr.

y) Arg. L. 7. ff. de Praed. Vrb. L. 4. 7. et 8. Cod. de Rer. permut.

z) Cuiac. in Recit. solenn. ad aliquot Libros Cod. p. 1037, Brunnemann ad cit. L. n. 5. Berger Oecono. Iur. L. 2. tit. 2. et 3. Struv. Exerc. 40. Thes. 18.

a) Priuatio enim iuris, quod Creditores habent, strictissime explicatur. Nou. 2. c. 3. in pr.

tendenda, & ob singularem grati animi in donatione occurrens Vinculum Donatarii lata sit, insuper considerandum erit, quod Lex prima loquatur de debitore a Creditore ipso bona vindicante, non vero de casu, vbi Creditor bona amplius in suo non habet Dominio, sed illa tertius possidet, quod in concursu obtinet, vbi Creditores per Concursum bonorum facti sunt Domini.

§. XXVI.

Qua autem in Classe respectu huius Vitalitii locandus sit Alimentarius, num ad Chirographarios simplices aut priuilegiatos, denuo dubitari potest, Harpprecht *b*) eum in vltimam Classem reiicit; ast Aequitas mihi suadere videtur, eum priuilegio personali gaudentibus esse accensendum, non tantum quia varii authores *c*) ei hunc locum assignant, sed &, quod certe talis Alimentarius personis miserabilibus, id est fortunae iniuria lapsis sit adnumerandus, quas inter priuilegiarios locari aequitas iubet. *d*) Num autem haec Epykia in Iure nostro franconico applicari queat, valde dubito, cum Ordinatio

b) Differt. cit. §. 17.

c) Hellf. Iurispr. for. §. 1820. Ed. Ien. §. 2012. Edit. Wirc. Arg. L. 2. §. 1. ff. de alim. Legat.

d) Lavterb. de priuil. Credit. personali simplici.

tio Concurſus de 1747 Alimentarii in claſſe hac nullam faciet mentionem, & in variis a Iure communi ibi recedat, ſic v. g. deponens, ſi res depoſita non amplius exiſtit, ad hanc claſſem iure communi & primo loco poni ſolet, e) cum Ordinatio noſtra id tantum depoſito fiſcali attribuat, neque praeferat aliis creditoribus, ſed ſimul pro rata tantum cum aliis admittat deponentem.

§. XXVII.

Pro Coronide aliquos hic proponam caſus, in Franconia noſtra praecipue ſuperiore ſaepius occurrentes.

Caia vidua filium habens Titium, filiamque Meuiam, his bona ſua erga Vitalitium tradit, quae aequali ſorte inter ſe diuidunt liberi; Meuia nubit Sempronio, & naſcitur ex hoc Matrimonio infans, moritur Meuia, quam moriendo ſequitur Infans; iam Vidua Caia a Sempronio bona tradita repetit, praetexens rationem, haec bona non tradita eſſe proprietarie, ſed tantum vſufructuarie, ſiue vt vulgari ſermone exprimam, Sie habe die Güter nicht zu Todt abgetretten, ſondern nur die Nutznießung, abnuit Sempronius, & ea ſua eſſe contendit.

Si

---

e) L. 7. §. 2. 3. ff. & L. 24. §. 2. ff. de Rebus author. Iud. poſſ. & HELLF. ad h. tit.

Si Infans Matrem Meuiam morte praeueniſſet, haereditatem ex poſt defunctae Meuiae, ſalua quarta Statutaria Marito Sempronio competente, ad Matrem Meuiae Caiam, iure haereditario deuolutam fuiſſe leges prouinciales expreſſe determinant; neque hic opus foret diſtinctione, an bona proprietarie, vel tantum vſufructuarie tradita fuerint.

Dum autem in caſu poſito, Matre praemortua & infante adhuc extante, Communio bonorum vniuerſalis inter Coniuges exiſtat, nullum eſt dubium, quod Maritus Meuiae, Matrem illius Caiam excludat, inde Cardo rei in eo vertitur, an bona pro Vitalitio tradita, in filiam proprietarie, an tantum vſufructuarie ceſſa ſint.

Et nullus dubito affirmare, Proprietatem ipſam in bonis ceſſis & traditis ad Alimentantem tranſire, fluit hoc non tantum ex ſubſtantia Contractus Vitalitii ſupra expoſita, ſed & ex eo, quod liberi, quibus bona tradita ſunt, iam cum ipſa Matre in Communione vniuerſali fuerint, cui illa, bona cedendo renuntiauit, & loco ſibi debitae Legitimae Vitalitium reſeruauit. Accedit, quod vi ſuperius allegatae Normae de 1706 eiusmodi Vitalitiarii pro ciuiliter quaſi mortuis habeantur, & inde ab exſolutione Focagii liberentur, quo immunes haud eſſent, ſi bona adhuc in proprietate retinerent.

 §. XXVIII.

§. XXVIII.

Alius casus erat iste, Titius duos habens liberos naturales & legitimos, eheliche Kinder, Meuium & Sempronium, vnum autem legitimum tantum Caium, einen eingekindschafften Sohn. Titius Pater tribus hisce liberis bona sua cedit, & erga Vitalitium tradit. Huic Titio expost defertur haereditas, qua adita moritur ab intestato. Patri aequaliter vult succedere Caius vnitus, cum legitimis & naturalibus, qui posteriores sibi solis successionem appertinere praetendunt. Certum est de Iure nostro Franconico, Diuisione totali celebrata, liberos vnitos non amplius parenti succedere, sed haereditatem ab intestato solis legitimis & naturalibus deferri. *

Inde litis praesentis Decisio reducitur ad Resolutionem Quaestionis, An Cessio bonorum sub Onere Vitalitii, eundem habeat effectum, quem Diuisio totalis?

§. XXIX.

Pro affirmatiua stant sequentia Argumenta.

I Cum liberi per talem Cessionem, omnia accipiant, quae per Diuisionem accepissent, idem ergo obtinebit, & eo magis, dum

II in Diuisione Parens tertiam retinet, quae in casu cessionis, liberis simul aquiritur.

Sed

* Ord. Preu. P. 3. T. 76. §. 1.

Sed hic non tam ad bona, quam ad Communionem in bonis cum respiciendum sit, in negatiuam transeo sententiam, ideo enim

A) Fit Diuisio, vt Communio praeexistens plene dissoluatur, quod in Cessione sub communi onere Vitalitii non contingit, per hoc enim Vitalitium eiusque communem praestationem ac obligationem, adhuc in Communione permanere eo magis censendi sunt, quo certius est,

B) Parenti ob non praestita alimenta bona sua integraliter reuocare permissum esse, sicque liberos in solidum obligari, cumque

C) Liberos ratione Vitalitii aequaliter grauarit, haud dubium erit, eos aequaliter tam pro praesenti quam futuro voluisse honoratos, sicque & communem iis attribuisse successionem. Patet hoc & ex eo vlterius, quodsi

D) Parentes in vnione sibi aliquid praecipuum reseruassent, id in Diuisione praecipuum non habeant, sed cum liberis diuidere teneantur. * Multo magis ergo & vniti Successionis Iure gaudebunt cum Legitimis & Naturabilibus, prouti & si Pater

E) de Vitalitio aliquid Compendii fecerit, neque desuper disposuerit, omnibus id tanquam haereditarium competit. Accedit

F)

* Ord. Prou., P. 3. Tit. 29.

F) post Diuisionem liberos vnitos, & sic separatos Patri ad alimenta non teneri. * Dum ergo per Vitalitium Onus Antipelargiae subeunt vniti, Cessionem bonorum, & Contractum Vitalitium effectum diuisionis non habere, sed Communionem permanere concludi poterit, consequenter & vi illius ius succedendi illis competere, ex quibus —

G) & ad I Differentia inter Diuisionem totalem ac Cessionem sub Conditione Vitalitii se sponte prodit, cumque

H) & ad II Parentes tertiam suam in Communione relinquant, concludere licebit, Vitalitium potius Continuationem Communionis producere, quam illam tollere.

§. XXX.

Contingit saepius Parentes liberis non omnia, sed quaedam cedere bona, aliquo constituto reseruato, & ex bonis retentis sibi Victum quaerere, ac onera bonis inhaerentia praestare, an iam de his bonis Pater disponere queat, frequenter disputant; liberi etenim id communiter negant, & Ius succedendi ab intestato sibi vindicare, Patrique dispositionem negare contendunt: sed liberorum causam hic solido destitui fundamento autumo, siue enim dicant, talem Cessionem esse Diuisionem, siue negent, parum proderit.

* Ord. Prou. P. 3. Tit. 95. §. 3.

derit. Sit enim Diuiſio, tunc hoc Reſeruatum inducit Naturam tertiae, ſicque diſponere Pater poterit pro libitu: ſi negent eſſe Diuiſionem ſaltem totalem, eo ipſo Communio remanſit, & ſic Patris Dominium plenum in tertia, conſequenter & Diſpoſitio. Talis ergo Ceſſio nihil aliud eſt, quam Diuiſio partialis, ſeu potius augmentum Dotis vel Donationis propter nuptias, aut ſi mauis, ſubſidium paternum, vel anticipata ſucceſſio, cuius nulla ſpecies Dominium Patris in tradita aut retenta bona reſtringit, ſed ſemper in futura diuiſione totali collationi ſubſunt, Iusque circa tertiam Patris non reſtringunt, niſi eatenus, quatenus per talem Diſpoſitionem liberorum Legitima laeſa foret, & haec de Vitalitio, ac Reſeruato dixiſſe ſufficiat.

Anhang.

§. I.

Da die oben §. 12. gegebene Regel etwas dunkel, und im Grund für zu theoretiſch gehalten werden könnte, das Practiſche aber gemeiniglich der lateiniſchen Sprach nicht genug kundigen Rechnungsverſtändigen überlaſſen wird, ſo habe dieſen Anhang in deutſcher Sprache anfügen, und darinnen 1) die Entſcheidung

des

des Puffendorfischen Rechtsfall vorlegen, 2) die ächte Rechnungsformel bestimmen, selbige 3) auf practische Fälle anwenden, und zugleich bemerken wollen, daß diese Formel nicht allein bey Leibsgedingen und Renthen, sondern auch bey dem Interusurio &c. und besonders zu Bestimmung der Richtigkeit einer dauerhaften Wittwe-Cassa angewendet werden könne und müße.

§. II.

Die bey Puffendorff befindliche Entscheidung ist folgende:

Demnach nunmehro sowohl die von Marianen Royer, verehlichten Freren, als auch die von dem Forst-Secretario von Mackphail, Namens dessen Ehefrauen, wider eine in Sachen derselben entgegen dem Factor Johan Heinrich Krone, in puncto Leib-Renten bey unserer Justitz-Canzley hieselbst am 16. Febr. 1741 eröffnete Urthel allhie eingebrachte Gravamina appellationis & leuterationis erwogen, und mit denen vorhin ergangenen Actis zusammen gehalten, auch von der Beschaffenheit befunden worden, daß sie keiner weiteren Ausführung bedürfen, als wird die Sache von Amtswegen für beschlossen angenommen, die von Appellantin sowohl, als Leuteranten eingereichte Schrifften dem Appellaten, jedoch bloß zur Nachricht, aus unsrer Ober-Appellations-Gerichts-Canzley verabfolget, und von uns Georg II. v. G. Gn. König rc. zu recht erkannt:

kannt: Alldieweilen der zwischen dem Weyl. Commercien-Rath Royer und dem Appellaten Kronen am 16. October. 1730 errichtete Vergleich klar ergiebet, daß, wenn Debitor Krone dem darinnen enthaltenen Versprechen seines Theils in allen Puncten nicht gehörig nachkommen werde, in solchen unverhofften widrigen Falle die Forderung ratione des Hauptstuhls in ihrer völligen Krafft und Valeur bleibe, daneben auch des verschriebenen halber dem Glaubiger zur Sicherheit alle des Debitoris Güther, in specie aber der zu gleicher Zeit demselben kaufflich überlassene Spieker cum pacto constituti possessorii verpfändet worden- und denn gegenwärtig aus denen Actis offenbar zu Tage lieget, daß Appellat Krone seinem Versprechen keinesweges gehörig nachgekommen, sondern bey erhobener Klage verschiedene Termine schon versessen gehabt, dahero der weyl. Commercien-Rath Royer wohl befugt gewesen, die Immission in den ihm verschriebenen Spiecker gerichtlich zu suchen, und daraus, jedoch in der Maße, wie *Appellantin* in ihrem *Libello Gravaminum* sich erkläret, daß sie über 5 *pro Cent* bezahlte Leib-Renten, so viel davon in jedem *Termine* über das Gesetzmäßige Zinns-*Quantum* bezahlet, an dem Haupt-Stuhl der 5600 Rthlr. abgekürzet werden, die Erstattung des Hauptstuhls, auch nachständiger Reichs-Constitutionsmäßiger Zinsen und Kosten zu suchen, daß hingegen der weyl. Commercien-Rath Royer von seinem

nem Recht abgegangen, und desselben sich begeben, bis lang nicht erscheinet, dahero um dieser illiq den Einrede halber, und da Appellat ohnehin denen Royerschen Erben allemahl in starkem Nachstande bleibet, die Immission in den Spieker quaest. nicht aufzuhalten, als ist sententia a qua dahin zu reformiren, daß die Royersche Erben forderſamst und ohne weitern Anstand in den Besitz des ihnen verschriebenen Spiekers zu setzen, dieselben auch daraus wegen Capital, Zinsen und Kosten in vorbemerkter Maße sich zu erholen wohl befugt seyn, als wesfalls dieselben demnächst eine richtige Liquidation allhier einzubringen haben, es könnte und wollte dann Appellat, wofern er zu ruhen nicht gemeinet, sein Vorgeben, daß er mit dem verstorbenen Royer kurz vor seinem Ende sich verglichen, und dieser des Processes ohnbedingt sich begeben, binnen hier und nächsten Gerichts-Tage annoch zu Recht erweisen, als womit er gestalter Sachen nach zwar annoch zu hören, die Immission in dem Spieker jedoch vorgängig unausſetzlich nichts desto weniger zu verfügen, immassen denn zu deren Vollstreckung Commissio auf den hiesigen Burg-Vogt Brüggemann erkannt ist.

§. III.

Diese Entscheidung setzet die Reichsübliche Zinsen ad 5. pro Cent. zum Grund, welches jedannoch nicht

im-

immer anzuwenden ist, weilen dem gemeinen Gebrauch nach, und der nöthigen Sicherheit wegen, nur auf 3 höchstens 4 pro Cent., die Berechnungen pflegen gestellet zu werden, worauf dann auch in der angefügten Tabelle Rücksicht genommen.

§. IV.

Auf die Frage: In was für einem Verhältnisse eine Leibrente, oder Leibgeding gegen den dafür zu zahlenden Werth stehen müße, könnte ich mich auf meine Abhandlung *a*), und die dorten gegebene Formul berufen, ich will aber noch eine andere und zu gegenwärtigen Gebrauch kürzere, anderstwo *b*) demonstrirte hier vorlegen.

§. V.

Wenn man die vermuthliche Jahre *c*) der Lebensdauer gleich $= n$. Die jährlich zu ziehende Rente $= V$. Das Procent z. B. 4 zu 100 addirt, nemlich 104., diese Summe für den Zehler, 100 aber

für

---

a) Schneidt Specimen arithmeticae sublimioris ad materiam de vsuris, antichresi, interusuario, ac reditibus annuis applicatae. Wirceb. 1784. 4.

b) Cramer in seinen Opusculis T. II. N. 30. p. 631. Item N. 37. p. 747.

c) Diese findet man nach Meynung verschiedener Authoren bestimmet in obiger meiner Abhandlung Tab. V. §. XX. im Anhange.

für den Nenner eines Bruchs $= \frac{104}{100} = \frac{26}{25} = M$ sodann den für diese Leibrente zu gebenden Preiß $= D$ setzet, so ist:

$$V = \frac{M^{n+1} - M^n}{M^n - 1} \times D = \frac{A}{B} D.$$

Also $D = \frac{M^n}{M^{n+1}} - \frac{1}{M^n} \times V = \frac{A}{B} V.$

§. VI.

Anwendung.

Einer, der 56 Jahr alt ist, kauft ein Leibgeding von jährlichen 50 fl. die Rechnung soll gestellt werden auf 4. P. C. fragt sich: wie viel muß er dafür geben?

Hier ist $V = 50$

$M. = \frac{100}{104} = \frac{26}{25}$

n. Nach der Süßmilchischen Tabelle.

$= 13\frac{5}{6}$ Jahr, oder 14.

Nun suchet man D.

§. VIII.

Einrichtung.

Setzet man anstatt der ohnbestimmten Quantitäten, die gegebene an, so heist die Gleichung

$$D = \frac{\frac{26}{25}^{14} - 1}{\frac{26}{25}^{15} - \frac{26}{25}^{14}} \times 50$$

Welches

Welches durch die Logarithmen sehr leicht zu bestimmen ist:

Ausarbeit und Bestimmung.

Log. von 26 = 1. 4149733.
Log. von 25 = 1. 3979400.

Log. von $\frac{26}{25}$ = 0. 0170333.
Multiplizirt mit — — — 14.

Log. von $\frac{26}{25}^{14}$ 0. 2384662.
Dessen absolut. Zahl ist = 1. 7316
abgezogen, 1. = 1. 0000

Verbleiben = 7316 dem Zehler.
Log. von $\frac{26}{25}$ = 0. 0170333.
Multiplizirt mit — — — 15

Log. von $\frac{26}{25}^{15}$ 0. 2554995. absol. = 1. 8009.
Abgezogen $\frac{26}{25}^{14}$ 0. 2384662. — = 1. 7316.

Verbleiben $\frac{26}{25}^{15} - \frac{26}{25}^{14}$ = 693. dem Nenner.

Es ist also die Bruchzahl = $\frac{7316}{693}$

welche mit V 50 Mult. giebt = $\frac{365800}{693}$ = 527 $\frac{589}{693}$
Also D in circa = 528.

Sollte aber D gegeben seyn, und V gesucht werden, so wäre der Bruch umgekehrt also $\frac{693}{7316}$ D = V das ist

$$\frac{693 \times 528}{7316} = 50 = V \text{ in. } Ca.$$

§. IX.

Hier, um einen Zweifler zu überzeugen, steht die vollständige Probe.

	528 . 00	Capital
Hiezu	21 . 12	Zinß ad 4. Pro Cent.
	549 . 12	
Hievon:	50 . 00	der 1te Jahr-Abzug.
	499 . 12	
Hiezu	19 . 96	Zinß
	519 . 08	
Hievon:	50 00	der 2te Jahr-Abzug.
	460 . 08	
Hiezu	18 . 76	Zinß
	487 . 84	
Hievon:	50 . 00	der 3te Jahr-Abzug
	437 . 84	
Hiezu	17 . 48	
	455 . 32	
Hievon:	50 . 00	der 4te Jahr-Abzug.
	405 . 32	
Hiezu	16 . 20	
	421 . 52	

Hie-

	421 . 52	Transport.	
Hievon	50 . 00	der 5te Jahr-Abzug.	
	371 . 52		
Hiezu	14 . 84		
	386 . 36		
Hievon	50 . 00	der 6te Jahr-Abzug.	
	336 . 36		
Hiezu	13 . 44		
	349 . 80		
Hievon	50 . 00	der 7te Jahr-Abzug.	
	299 . 80		
Hiezu	11 . 96		
	311 . 76		
Hievon	50 . 00	der 8te Jahr-Abzug.	
	261 . 76		
Hiezu	10 . 44		
	272 . 20		
Hievon	50 . 00	der 9te Jahr-Abzug.	
	222 . 20		
Hiezu	8 . 88		
	231 . 08		

	231 . 08.	Transport.
Hievon	50 . 00	der 10te Jahr-Abzug.
	181 . 08	
Hiezu	7 . 24	
	189 . 32	
Hievon	50 . 00	der 11te Jahr-Abzug.
	139 . 32	
Hiezu	5 . 56	
	144 . 88	
Hievon	50 . 00	der 12te Jahr-Abzug.
	94 . 88	
Hiezu	3 . 76	
	98 . 64	
Hievon	50 . 00	der 13te Jahr-Abzug.
	48 . 64	
Hiezu	1 . 92	
	50 . 56	
Hievon	50 . 00	der 14te Jahr-Abzug.
	. . . 56	

Es bleibet zwar $\frac{56}{100}$ noch übrig, welches aber daraus entstehet, weil um die Rechnung nicht verdrüßlich zu stellen, anstatt des gefundenen $D = 527 \frac{889}{892}$ die volle Zahl 528 angenommen worden.

§. X

§. X.

Daß diese Rechnung etwas weitläufiger sey, giebt der Augenschein; Um aber dieselbe so viel als möglich, zu verkürzen, so habe ich die zu Ende angefügte Tabelle auf verschiedene Procent entworfen, aus welcher das sogenannte Facit durch eine blose Multiplication und Division sich sogleich ergiebt.

§. XI.

In der Tabell darf man nur in der Kolumne *N* das gegebene Jahr, unter dem Prozent suchen, so stehet der Bruch darneben, und ist, wenn man *D* suchet $= \frac{A}{B} \times V$. Wenn man aber *V* suchet, $= \frac{A}{B} \times D$. Also stehet bey 14. und 4. P. C. $\frac{7316}{693}$ $V = D$. wie oben.

§. XII.

Wann sich der Fall ereignet, daß der Renthen Zahler saumselig ist, und dieserhalben der Renthen-Zieher sein Geld zurückfordert, so giebt auch diese Tabelle den Ausschlag: Ich setze, in dem gegebenen Casu seye nach 7 Jahr der Renthenzahler säumig, so kann der Renthenzieher die ganze 528 fl. nicht zurückfordern, weil er schon wirklich 7. Jahre, 50 fl. gezogen, also das Kapital geschwächet hat, sondern nur 300 $\frac{150}{528}$.

Die Berechnung ist diese: Bey N. = 7. stehet der Bruch unter 4 P. C. $3\frac{159}{528}$ *V*. diesen resolvire mit 50 = *V*. kommt 300 $\frac{150}{528}$ und so viel muß er ihm herauszahleu, dann damit kann er die jährliche 50 fl. noch 7 Jahre genießen.

Den berechneten Beweiß siehe oben §. IX. wo nach bezahlten 7 Jahren das Kapital mit 299. $\frac{80}{800}$ stehet.

Der Unterschied entspringt, daher weil in den Ansätzen die Brüche ausgelassen, und platterdings 528 und 50. angesetzet worden.

§. XIII.

Da eine Wittwenpension nichts anders ist, als ein Leibgeding, so ergiebt sich von selbsten, daß nach dieser Art die Wittwencassen berechnet werden müßen, gleich dann auch bey Versorgungsanstalten, und Armeninstituten dieser Kalkul seine Anwendung findet.

For-

Die Anzahl der Jahre. N.	Formel für den Betrag zu 4. Procent. A.	B.	Formel für den Betrag zu 3. Procent. A.	B.	Formel für den Betrag zu 5. Procent. A.	B.
1	400	416	300	309	500	525
2	816	432	609	318	1025	551
3	1284	450	927	328	1576	579
4	1698	468	1255	338	2155	608
5	2166	487	1593	347	2763	638
6	2653	506	1940	358	3401	670
7	3159	526	2298	369	4071	703
8	3685	548	2667	380	4774	739
9	4233	569	3047	392	5513	776
10	4802	591	3439	403	6289	814
11	5394	616	3842	415	7103	855
12	6010	640	4257	428	7958	898
13	6650	666	4685	441	8856	943
14	7316	693	5126	454	9799	990
15	8009	720	5580	467	10789	1039
16	8729	750	6047	481	11828	1092
17	9479	779	6528	496	12920	1146
18	10258	810	7024	511	14066	1203
19	11068	843	7535	526	15269	1246
20	11811	876	8061	542	16533	1326
21	11787	912	8603	558	17859	1393
22	13699	948	9161	575	19252	1463
23	14647	986	9736	592	20715	1536
24	15633	1025	10328	610	22251	1612
25	16658	1066	10938	628	23863	1694
26	17724	1109	11566	647	25557	1777

Die Anzahl der Jahre.	Formel für den Betrag zu 4. Procent.		Formel für den Betrag zu 3. Procent.		Formel für den Betrag zu 5. Procent.	
N.	A.	B.	A.	B.	A.	B.
27	18833	1154	12213	666	27334	1867
28	19987	1200	12879	686	29201	1960
29	21187	1246	13565	707	31161	2058
30	22433	1298	14272	729	33219	2161
31	23731	1349	15001	750	35380	2269
32	25080	1403	15751	772	37649	2382
33	26483	1460	16523	796	40031	2502
34	27943	1517	17319	819	42533	2627
35	29460	1579	18138	844	45160	2758
36	31039	1641	18982	870	47918	2896
37	32680	1708	19852	896	50814	3041
38	34388	1775	20748	922	53855	3193
39	36163	1847	21670	950	57048	3352
40	38010	1920	22620	979	60400	3520

Anmerkung.

Wenn man zu der in den Columnen A stehenden Zahl 10000 addirt, so kommet die Potenz m^n in decimal auf 10000 Theile heraus.

Z. B. Bey 4 Procent ist $m = \frac{104}{100} = \frac{26}{25}$

Es seye $n = 20$, so ist $m^n = \frac{26}{25}^{20}$ 2, 1811.

Dann in Col. A bey 4 Procent unter 20 stehet 11811 hiezu 10000 = 2, 1811. das ist $\frac{26}{25}$ zur 20ten Potenz erheben.

SEC-

SECTIO I.
OPVSCVLVM LIII.

IOS. MAR. SCHNEIDT, &c.
SCHEDIASMA
SISTENS
PROCESSVM
CVRIAE EPISCOPALIS WIRCEBVRGENSIS
CIRCA HAERETICOS.
DE ANNO MCCCXLII.

FRISIUS apud LUDEWIGIUM * ſequentia refert:

Bey Regierung Biſchoff Otten war ein Einwohner zu Wirzburg Meiſter Conrad Hager genannt, und ſeines Stands ein Lay, aber ſonſt der Schrifft nicht gar ungelehrt, der eine gute Zeit bis daher öffentlich ſaget, hielt und lehret, daß das Opfergeld, ſo man den Prieſtern an, und um, oder in der Meß giebt, und gemeiniglich Meß-Frohnen genennt wird, dergleichen auch das Seelgeraid und Begängniſſen, ſo zu Troſt und Gut den verſtorbenen Seelen noch beſchicht, nicht verdienſtlich oder Nutz, ſondern ein lauter Gremppeley, und Pfaffengail, ein Simoney, Raub und Ver-

* Geſchichtſchreiber des Biſchofthums Wirzburg. p. 626.

Verhinderung des Almosen wäre, welches den armen hungerigen, nothdürfftigen Leuten zuſtünde; darum er gerne leiden wollte, was ihm gebühret, damit er allein das Meß-Frohnen abbringen möchte. Ob er gleich eine ganze Stuben voller Gülden hätte, dennoch wo nach ſeinem Tod ſeiner Seel nur um einen Gulden Meß gefrohnet werden ſollte, wollte er viel lieber, daß derſelbig Gulden vor verbrennet würde; denn das Meßfrohnen, außerhalb daß der die Meß hielte, weder den Lebendigen, noch den Todten zu Hülff und zu Guten käme. Es wären auch die Erben nicht ſchuldig, einig Teſtament oder letzten Willen uf Meß-Frohnen geſtellt, zu vollziehen, mit andern mehr dergleichen Articuln. Als er aber derwegen von Biſchoff Otten verordneten Ketzermeiſter * für Gericht gefordert, und angezogen ward, hat er berührte Articul erſtlich bekannt, folgends dieſelben öffentlich widerrufen, und verſchworen, am vierten Tag des Hornungs an. 1342.

Anno 1342 den 15 Iulii hat ein Prieſter Herrmann Küchner genannt, ſo von Nürnberg bürtig, und der Beghardem Secten anhängig geweſen, zu Wirzburg vor dem Ketzermeiſter ſeinen Irrthum und Ketzerey auch widerrufen. Er hatte unter andern Articuln ge-

* Videri poſſet ſeparatum in Dioeceſi Wirceburgenſi viguiſſe Iudicium Inquiſitorium, quod tamen ſequentia refellunt, dum Ordinariatui hoc negotium commiſſum fuit.

gehalten, daß die Päbste und Bischöfe ihres Amtes halben nicht größer oder mehr wären, denn andere Priester.

Cum iam MScriptum Michaelis a Leone, cuius supra Sectione huius Thesauri secunda p. 223. facta est mentio, integrum hunc contineat Processum, eum hic inserere non dubitaui, quod hic ipse Michael a Leone Actuarium, seu, vt vocant, Protonotarium egerit.

Commissio in Negotio Inquisitionis haereticae Prauitatis subscriptae &c.

Otto Dei Gratia Episcopus Herbipolensis dilectis in Christo Ludolpho de Bebenburg, Archidiacono Ecclesiae Herbipolensis Curiae officiali, Decretorumque Doctori, nec non Magistro Ioanni de Karolstatt Plebano Herbipolensi, ac Michaeli de Herbipoli Protonotario suo, Salutem in Domino ac diligentiam in Commissis in Negotio inquisitionis haereticae seu quasi prauitatis. Ex nostri officii Debito contra Magistrum Cunradum dictum Hager incolam Herbipolensem, vt publice infamatum ac vehementer suspectum super nonnullis erroribus execrabilibus, nephandis, & contrariis doctrinae & obseruantiae orthodoxae Fidei & Ecclesiae Sacrosanctae, ac deuotioni Christi fidelium, suarumque animarum Saluti, ad inquirendum, articulandum, examinandum, nobis-

que

que referendum, alia quoque faciendum, quae necessaria seu oportuna fuerint in praemissis, suisque contingentibus & emergentibus ac dependentibus, ab eiusdem definitione tamen eiusque Executione super his nobis praesentibus reseruatis, auctoritatem & vices nostras vobis, & cuilibet vestrum, in solidum, committimus in his scriptis, mandantes, vt vos tres vel duo aut vnus seu quiuis vestrum in solidum in praemissis habendo praecipiendo, prout iustum fuerit, & ius permiserit, procedatis. Datum Herbipoli Anno Domini MCCCXLII duodecimo Mensis Ianuarii.

*Iudiciales Reformationes & Abiuratio erroris Magistri Conradi Hauger de Dinkelspubel, Absolutioque eiusdem plasphematoris salubrium reparationum Missarum & Remediorum animarum Selgeret * vulgariter nuncupatorum.*

In Nomen Domini Amen. Otto Dei gratia Episcopus Herbipolensis tenore praesentium perceptoribus patefacimus vniuersis, quod Anno Domini M° CCCXLII. die quarto Mensis Februarii circa horam tertiam in Capitulo suo loco capitulari Ecclesiae nostrae Herbipolensis coram nobis pro tribunali sedente ac Iudicio praesidente in praesentia dilectorum

in

* De Remediis hisce animarum, vide Thes. Sect. II. pag. 227. & p. 1035.

in Chriſto Praelatorum eccleſiaſticorum & Cleri ac populi noſtri multitudinis copioſae, & Conradi Notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter conuocatorum, in Negotio Inquiſitionis Prauitatis haereticae ſeu quaſi contra Magiſtrum Conradum dictum Hager Incolam Herbipolenſem laycum, vt publice infamatum & vehementer *ſuſpectum* ſuper erroribus ſuis execrabilibus nephandis & contrariis Doctrinae & obſeruantiae orthodoxae fidei & Eccleſiae Sacroſanctae ac Dilectorum Chriſti fidelium ſuarumque animarum ſaluti contentis in articulis infra ſcriptis ex Debito paſtoralis officii canonice *inſtaurato* ac legitime ac debite accitato idem Magiſter Conradus Hager perſonaliter conſtitutus in figura Iudicii publice denuo eſt confeſſus prout ipſe etiam antea pridem coram caeteris noſtris in hoc negotio commiſſariis in iure fuerat confeſſatus, prout in inſtrumentis publicis ſeu authenticis deſuper confectis plenius continetur §. videlicet, quod idem Magiſter Conradus, a viginti quatuor annis circa, tenuerit, aſſeruerit, aſtruxerit & docuerit hos errores §. primo quidem, quod illa, quae dantur & hactenus data ſunt Sacerdotibus, quae vulgo Meß-Frumen appellantur, non ſint oblationes, & non eſſe licita, & non meritoria, & ſint emptiones ſecundum intentionem ipſius Magiſtri Conradi Hager §. 2. item quod dictus actus Meßfrumen ſit ein Geil der Pfaffen, und ein

ein Symoni und ein Raub der armen Leuten und ein Raub Almuses, das man soll den hungerigen Armen geben. §. item quod actus Meßfrumen sit symoniacus. §. Item confessus se asseruisse: mag ich den Pfennig Meßfrumen ablegen, darumb wollt ich liden, daß mir ymmer we tet. §. item confessus est se dixisse: Het ich ein Stuben voll Gulden, und frumet man mir mit einem Gulden nach meinen Tod meiner Sele ein Meße, ich wolt daß der Gulden verprant wer. §. item confessus est, se nunquam aliquam Missam comparasse, propter hoc, quod secundum suam intentionem sit actus nepharius. §. Item confessus, se tenuisse & asseruisse, quod actus Meßfrumen minuat & destruat opera meritoria. §. Idem sub Sacramento requisitus, an illud, quod portatur vel mittitur ad domum vel ad manus Sacerdotis in Ecclesiis, vel extra in altari, vel extra, sit oblatio seu oblationis nomine contineatur. §. Idem Magister Cunradus se non credere, illum Canonici Iuris de Verb. significat. cum inter vos. Textum, respondit. §. Item confessus est se non credere, quod per actionem Meßfrumen procuretur seu fiat salus seu Remedium viuis & defunctis, pro quibus fit ipse actus. §. item confessus est se credere, quod Remedia animarum, quae dicuntur vulgariter Selgeret, quae propter comparationes Missarum, quae Meßfrumen nuncupantur, pro animabus defunctorum fiunt, non sint ab haeredibus

eo-

eorundem soluenda suis Plebanis seu ecclesiasticis Parochialibus, etiam vbi est consuetudo seruata. §. item confessus est, quod ipse a viginti quatuor Annis circa asseruerit, seu astruxerit & docuerit alias Personas Christianas quam plures hinc & inde, praesertim in Ciuitate & Dioecesi Herbipolensi auertendo se retrahendo de huiusmodi actibus Meßfrumen & Selgeret, & maxime in quantum fiunt vel fierent die Selgeret propter Meßfrumen, de quibus supra. §. item confessus est, quod credat multitudinem hominum propter huiusmodi assertionem suam retractam seu auersam ab ipsis Meßfrumen & Selgeret praedictis; licet autem idem Magister Cunradus circa actum Meßfrumen tenuerit & adstruxerit, vt praefertur, quod ipse Actus sit Symoniacus und der Pfaffen Geil, requisitus tamen ipse sub iuramento, an sciat aliquem vel aliquos Presbyteros vendere seu vendidisse, seu intentionem habuisse vendendi Missam pro pecunia, idem Magister Cunradus respondendo dixit, se nullum scire. Quibus quidem erroribus seu errorum articulis, tunc ibidem lectis & solempniter publicatis & per Magistrum Cunradum, vt praemittitur confessatis, idem Magister Cunradus recognoscens, eisdem erroribus grauiter se errasse, tunc ibidem in figura Iudicii firmiter credebat & publice asserebat, & simpliciter confitetur infra scriptos articulos catholicae veritatis nec non reprobando praedescriptos

suos

ſuos vel quoslibet errores haereticos ſeu quaſi ac ſcismaticos ſeu quaſi tactis per eum manualiter ſacroſanctis Euangeliis abiurauit publice & ſolempniter in haec verba: §. in Dei Nomine Amen.

Ego Conradus dictus Hager incola Herbipolenſis firmiter credo & ſimpliciter confiteor, quod actus Meßkrumen ſeu Miſſae comparatio ex ſui natura eſt oblatio & oblationis Nomine continetur. §. item quod idem actus Meßkrumen, ſeu Miſſae Comparatio ex ſui natura non eſt Meße keüfen, ſeu Miſſae emptio. §. item idem actus Meßkrumen eſt licitus & meritorius ac ſalutiferus tam viuis quam defunctis pro quibus fit. §. item quod idem actus Meßekrumen nec minuit nec deſtruit opera meritoria. §. item quod remedia animarum vulgariter Selgeret nuncupata, ſiue propter huiusmodi Meßekrumen, ſeu Miſſarum comparationes fiant, ſiue ſecundum locorum ſuorum Conſuetudinem, ſunt licita & Eccleſiis parochialibus ſeu Plebanis ſuis ab haeredibus defunctorum ſoluenda, etiamſi non ſint a defunctis legata. Contraria autem Praemiſſorum nec no meos execrabiles errores circa huiusmodi oblationes ſeu Miſſarum comparationes Meßekrumen & animarum Remedia Selgeret vulgariter nuncupatas, ac etiam quoslibet errores haereticos ſeu quaſi & ſcismaticos ſeu quaſi legitime ac debite reprobo, ac abiuro tactis a

me

me corporaliter his Euangeliis ſacroſanctis, §. Deinde idem quoque Magiſter Conradus petiuit & obtinuit humiliter & deuote autoritate noſtra iuxta formam Eccleſiae ſe abſolui a ſententia excommunicationis, quam propterea incurriſſet. §. in quorum praemiſſorum Teſtimonium perpetuum mandauimus hoc praeſens Inſtrumentum per Conradum Notarium publicum infra ſcriptum de praemiſſis & ſcribi & ſigno ſuo ſignari noſtrique Sigilli appenſione muniri. §. Acta ſunt haec, vt praemittitur, praeſentibus venerabilibus Viris Fratre Hermanno de Schildiz Ordinis ſancti Heremittarum S. Auguſtini Magiſtro Theologiae, noſtro Summo in Spiritualibus Vicario: Reynaldo Abbate Monaſterii S. Iacobi Scotorum Herbipoli. Eberhardo Riedern Decano, Volframo pincerna de Roſsberg Theſaurario, Theodorico de Marbach Archidiacono, Iohanne Pincerna de Erpach, Canonico Eccleſiae Herbipolenſis Curiae officiali, Johanne de Karolſtatt Plebano Herbipolenſi, Magiſtro Michaele de Herbipoli Prothonotario noſtro ac Canonico Noui Monaſterii ibidem, & quam pluribus Praelatis ac Clericis tam Religioſis quam Secularibus ad praemiſſa ſpecialiter vocatis pro teſtibus & rogatis. Porro ego Cunradus de Nordlingen Auguſtanae Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius confeſſionibus, reprobationi, abiurationi aliisque praemiſſis

per

per omnia, vt praemittitur, publice & ſolempniter quoque peractis. Anno Menſe Die et circa horam et in loco de quibus ſupra notatum, teſtibus praelibatis, nec non cum Multitudine Praelatorum Cleri ac populi copia praeſens interfui, eaque ſic vidi fieri, et audiui, hoc inſtrumentum de mandato Reuerendi in Chriſto Patris Domini Ottonis Epiſcopi Herbip. praefati de praemiſſis conſcripſi, et in hanc publicam Formam redegi, ſignoque meo ſolito ſignaui rogatus et requiſitus in teſtimonium praemiſſorum.

Sententialis Condempnatio praedictorum Errorum et deuota, utinam non ficta, ſeu ſimulata, praefati Magiſtri conuerſio et Reconciliatio glorioſa eiusdem.

In Nomine Domini amen. Otto Dei Gratia Epiſcopus Herbipolenſis tenore praeſentium perceptoribus patefacimus vniuerſis, quod venerabilis Magiſter Theologiae Fr. Hermannus de Schildiz ordinis S. Heremitarum Sancti Auguſtini noſter Summus in ſpiritualibus primarius Vicarius, noſtram Sententialem pronuntiationem in Scriptis in Negotio infra ſcripto ſub Nomine et de Mandato noſtro coram copioſa Multitudine Praelatorum Cleri et populi noſtri in Capitulo ſeu loco capitulari Eccleſiae noſtrae Herbip. ſolemniter recitauit per omnia in haec verba.

§. In Nomine Domini Amen. Otto Dei gratia Epiſcopus Herbipolenſis ad perpetuam rei Memoriam. Ob Zelum fidei Orthodoxae et ſanctae Eccleſiae Chriſti Sponſae, quia in Negotio Inquiſitionis Prauitatis haereticae ſeu quaſi, auctoritate noſtra ordinaria contra Magiſtrum Cunradum dictum Hager incolam Herbipolenſem, ut publice infamatum ac vehementer ſuſpectum ſuper erroribus infra ſcriptis, canonice inſtructus idem Magiſter Cunradus ad articulos ſuper huiusmodi erroribus ex Debito noſtri officii paſtoralis formatos ſeu factos infra tactos in Iure confitendo credit, prout in Inſtrumentis publicis ſeu autenticis deſuper confectis plenius continetur, ex quibus quidem Confeſſionibus ipſius Magiſtri Cunradi dicti Hager in iure factis, nec non etiam vehementium praeſumptionum et Coniecturarum Iudiciis aliisque fide dignis Motiuis nobis legitime conſtitit, et evidenter apparet, quod idem Magiſter Cunradus Hager inter caeteros ſuos errores, proch dolor! à viginti quatuor annis circa pertinaciter tenuit, et dogmatizando aſtruxit infra ſcriptos errores execrabiles, quippe nefandos, intolerabiles et contrarios doctrinae et obſeruantiae orthodoxae fidei et Eccleſiae Sacroſanctae, quorum quidem errorum praeſertim Subſtantialium effectus articulis comprehenditur infra ſcriptis §. primo quidem quod illa quae dantur et hactenus data ſunt Sacerdotibus, quae vul-

gariter Meßfrumen appellantur, non ſint oblationes et non licita et non meritoria et ſint emptiones ſecundum Intellectum ipſius Magiſtri Conradi Hager §. Item quod ipſe actus Meßfrumen ex ſui Natura ſit emtio circumſcripta intentione dantis §. item quod idem Actus Meßfrumen ſit ein Geil der Pfaffen und ein Symoni und ein Raub der armen lüt, und ein Raub Almußes, daß man ſolt den Hungerichen Armen geben. §. item confeſſus eſt ſe aſſeruiſſe: mocht ich den Pfenninge Meßfrumen ube gelegen, darumb wolt ich liden, daß mir ymmer we tete §. *quod et factum fuit. propterea in romana Curia Mortem miſer eſt perpeſſus adhuc cum ſtat*, et *durabit idem.* §. Item confeſſus eſt ſe dixiſſe haec: Het ich min Stuben voll Gulden und frumt man mir mit einen Gulden nach minen Tode miner Sele eine Meſſe, ich wolte daß der Gulden verprante. §. Item Confeſſus eſt, ſe nunquam aliquam Miſſam comparaſſe propter hoc, quod ſit ſecundum ſuam Intentionem actus nepharius. §. item confeſſus eſt, ſe tenuiſſe ac aſſeruiſſe, quod actus Meßfrumen minuat ac deſtruat opera meritoria. §. item ſub juramento requiſitus an illud, quod portatur vel mittitur ad donum vel ad Munus Sacerdotis in Eccleſia vel extra in altari vel extra, ſit oblatio ſeu oblationis Nomine contineatur, idem Magiſter Cunradus ſe non credere contra Canonici juris Textum reſpondit X de verb.

ſignif.

signif. Cum inter vos. §. Item confessus est se non credere, quod per actum Meßfrumen procuretur seu fiat Salus seu Remedium viuis seu defunctis pro quibus fit ipse actus. §. Item confessus est se credere, quod remedia animarum, quae dicuntur Selgeret, quoniam propter Comparationes Missarum quae Meßfrumen vulgariter nuncupantur, pro animabus Defunctorum fiunt, non sint ab haeredibus eorum soluenda suis Plebanis seu Ecclesiasticis Parochialibus, etiam ubi Consuetudo est seruata. §. item confessus est, quod ipse à viginti quatuor annis circa asseruerit, et astruxerit, alias personas christianas quam plures hinc et inde praesertim in Ciuitate et Diocesi Herbip. auertendo seu retrahendo de huiusmodi actibus Meßfrumen et Selgeret, et maxime in quantum fiunt vel fierent die Selgeret propter Meßfrumen, de quibus supra; §. Item confessus est, quod credat, Multitudinem hominum propter huiusmodi assertionem suam retractam seu auersam ab ipsis Meßfrumen et Selgeret praedictis. §. Licet autem idem Magister Cunradus contra actum Meßfrumen tenuerit et astruxerit, ut praefertur, quod ipse actus sit Symoniacus und der Pfaffen Gil, requisitus tamen ipse sub juramento, an sciat aliquem vel aliquos Presbyteros vendere seu vendidisse seu intentionem habuisse vendendi pro pecunia Missam, idem Magister Cunradus respondendo dixit, se nul-

